

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Collegia iuris canonici ad libros V. decretalium - Cod. Ettenheim-Münster 74**

**Gregor <IX., Papst>**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber V

[urn:nbn:de:bsz:31-108622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108622)



# LIBER V

## DECRETALIUM

### Tit. I.

## De accusationibus, inquisitionibus et denuntiationibus.

### § I.

### De accusationibus.

Accusatio est criminis alicuius hominis apud iudicem competentem inscriptione interveniente legitima facta delatio ad vindictam publicam. \* Dixi 2 inscriptione interveniente; quia olim accusator scripto se obligabat vel ad crimen objectum probandum, vel si in probatione defecisset, ad penam talionis i.e. ad eam penam subeundam, qua reus pati debuisset probato delicto. Hodie tamen hac subscriptio ferme ex usu recessit, et poena facta est arbitraria. \* Dixi 3 etiam ad vindictam publicam; hinc si de convenia coram iudice, ut restituas, quod mihi abstulisti, non erit accusatio, sed actio civilis, seu causa criminalis civiliter intentata. \* Et in hac necessario con- 4 cludi debet, ut sciat iudex, quid et quantum petatur; at in accusatione lex ipsa facit conclusionem ad poenam, qua taxare vel moderari non est in accusatoris potestate.

Q. i. Quis possint accusare? R. omnes non pro- 5 hibiti; prohibentur autem I. Laici ad accusandum 6 clericum ob reverentia clericis debita c. i. et seq. cau- 7 sa 2. q. 7. II. Clerici aut Monachi respectu laicorum



78 praesertim in ordine ad pena sanguinis c. 9. Ne clerici vel mon. III. ob suspicionem calumnia, qui gravem inimicitiam gerunt erga reum c. 7. is h. d. VI. reaccusator respectu accusatoris; neque enim relatione criminum sed innocentiam reus purgandus est l. 5. ff. de publicis judicijs. V. ob conjunctionem sanguinis fratres et sorores se invicem, nisi unum alteri infidias struxerit l. 13. 14 c. de his, qui accus. VI. ob reverentiam liberi suos parentes, liberti patroni, à tenera aetate educati suos educatores. VII. Denique omnes recensiti in l. 8. cum ll. seqq. ff. de accus. ut pupilli, mulier<sup>item</sup>, magistratq, miles; ne ille ab officio, hic à militia avocetur; qui falsum testimonium subornatus dixit, pauper, qui minus quam 50 aureos in patrimonio habet.

13 Sed Notandum, praedictos, exceptis forte capitalibus inimicis, communiter à DD. admitti ad accusandum I. si suam vel suorum injuria prosequantur l. 11. ff. h. d. II. si crimen sit valde atrox, uti haeresis, Simonia, sacrilegium, crimen laesa majestatis. III. si agatur de Ecclesia, Monasterij vel reipublica utilitate.

14 Q. 2. Quinam accusari possint? R. regulariter omnes delinquentes. Excipiuntur tamen I. ob defectum rationis pupilli, furiosi, et mente capti l. infans 12 ff. ad l. Corn. de sicarijs; si tamen pupilli pubertati sint proximi, recte accusantur, sed pena eis mitigatur, l. 37. ff. de minor. II. semel accusati et per judicem absoluti; quia de delicto unius hominis sapius quasi nequit, l. 4. §. 1. ff. h. d. l. 6. ff. nauta. III. qui accusationi jam.

16



prescripfit. vid. l. 2. §. 26. n. 34. IV. Magistratq Lem- 17  
poralis durante officio, nisi circa officium delinquat,  
vel crimen notorium sit l. 38. ff. ad l. jul. de adult.

\*V. deniqz absens à loco iudicij c. 9. caus. 2. q. 8. l. 6. 18.  
C. de accus. At ad id sic intellige, ut contra absentem  
negiet deduci, et finiri accusatio, na utiqz proponi  
et accusatus citari potest à iudice ad comparendu. sed

l. 3. Quomodo contra contumace et nolentem com- 19  
parere procedendu sit? R. I. si apprehendi ne-  
quit, annotandur i.e. arrestandur eius bona. II.

si per annu in contumacia persistat, bona annotata  
fisco addicuntur l. 5 ff. de requir. reis. quod si nulla  
habeat bona, mulctari potest pena infamiae, relega-  
tionis p. quia ob contumacia habetur pro confesso 20  
l. 5. ff. de penis. vid. fufius P. Engel hic n. 18 et 19.

Ceteru Nota I. si accusator et accusatq in iudicio  
compareat, non solum accusatq sed etia accusator  
ob pena calumnia ab eo subeunda, si in probatione  
defecerit, in custodia recipi debet l. ult. C. de accus.  
l. 2. C. de exhib. reis.

Not. II. quod incarceration et captura non nisi pro- 21  
missa causa cognitione ac aliquali probatione delicti  
fieri debeat l. 1. ff. de custodia reor. \* Imo ubi non 22  
est suspicio fuga, sufficit iuramentu de iudicio sisti  
et iudicatu solvendo.

§ II.

De Inquisitionibus et Denuntiationibus.

l. 1. Quid et quomodo sit inquisitio? R. 1. inqui- 23  
sitio est investigatio criminis à iudice ex officio  
facta, ideo introducta, ne s. dum rarissimi sunt, qui



qui accusare vel denuntiare velint: crimina maneat  
impunita C. 13. ff. de off. Praef. D. 2. alia est  
generalis, qua de nulla certa persona instituitur, ut  
dum superior in genere investigat, nudi in provincia  
diocesi, monasterio perpetrata sint delicta, prout  
fieri solet in visitationibus. alia est specialis, qua  
fit de certa aliqua persona suspecta de crimine.

24 Ad hanc requiritur I. infamia vel indicia, quo per-  
sona apud probos viros suspecta reddant. Ratio, quia  
per talem inquisitionem fama persona caditur.

25 II. ut eidem capitula seu puncta inquisitionis comuni-  
centur cum circumstantiis delicti, persona, & spium  
C. 19. 21. h. d. ut nempe reus contra capitula, personas  
vel dicta sepius excipiendo legitima defensionis  
habeat copia.

26 Nota tamen I. quod si hoc ordine non servato reus  
crimen confessus sit, is postea ob non servatum  
judiciarium ordinem, confessionem minime revocare  
possit C. 22. h. d. et C. 1. eod. in 6.

27 Nota II. si inquisitio in monasteriis fiat, dicta  
quidem sepius, non tamen nomina sunt inquisito  
comunicanda; ne inde inimicitiae oriantur.

28 Q. 2. quid et quotuplex sit denuntiatio? R. 1.  
Denuntiatio est criminis alicuius apud iudicem  
sine inscriptione delatio. Differt ab accusatio-  
ne in eo, quod licet denuntians aequaliter probari  
debeat: ut dein iudex ex officio ulterius inquiret,  
si tamen in probatione deficiat, nulla propterea  
pena subeat, C. ult. h. d. R. 2. alia est  
29 Evangelica, qua fit superiori lingua patri, ut pec-  
cans corrigatur: et hanc praecedere debet una aut



altera monitio ex Math. 18. v. 15. Si tamen monitio prouideatur inutilis, ea ommissa superior adiri potest; ad actum enim inutilem nulla datur obligatio. Nav. Conf. 4. h. l.

Alia est Canonica, quo fit superiori tanquam iudici, ut et est simplex delatio alicuius personae vel criminis ad iudicem Ecclesiasticum ad impediendum, ne fiat aliquid contra S. Canones v.g. ne ordinetur, eligatur aliquis indignus, ne contrahatur matrimonium cum impedimento, ut lapsus infra dimidium iusti praei satisfiat, ut praetatus malus deponatur.

Alia denique civilis, et est ea qua faciunt ministri publici si quos fiscales vocant; ut crimina in republica vel ciuitate commissa scrubentur, et ad iudicium referant. Non creditur ijs simpliciter, sed totum mouet iudicem ad inquisitionem instituendam l. 7. in C. de accus.

Tit. II.

De Calumniatoribus.

In h. l. Interpretes agunt de triplici modo, quo accusatores delinquunt scilicet: calumniando, prauaricando sergiverfando. Calumniari est falsa crimina intentare, seu innocente per malitiam in iudicium deferre. \* Poena Calumnia est, ut calumniator ultra condemnationem in expensas factas ab accusato noletur infamia, et puniatur talione, sed haec poena ut diximus i. praec. ab usu recessit. De <sup>jure</sup> canonico in c. i. h. l. circa Clericos calumniantes statuitur poena depositionis, et exilij. Presumitur autem calumnia, si accusator non probet delictum; haec tamen praesumptio eliditur, si accusator saltem semiplene probet, vel ostendet se a testibus esse deceptum, vel



si ex necessitate officij denuntiare debuit.

24 Porro pravaricari dicitur ille, qui cum accusasset, vel denuntiasset aliquem de crimine publici iudicij, postea corruptus dissimulavit veras probationes, et adduxit inefficaces, vel quoquo modo adiuvit reum, ut absolveretur. Pena injungitur pravaricatoribus extraordinaria sive arbitraria, l. i. et 2. ff. de pravaricatoribus.

5 Tergiversari §: quasi per modum fugientis tergum vertere §: dicitur, qui post litem contestatam ab accusatione publici criminis profusus desistit. Tergiversationis poena ex senatus Consulto Tuppilianiano statuitur quinq; librarum auri, vel alia extraordinaria, l. 3. in fin. ff. de pravaricatoribus. sed ex l. i. C. ut intra certum tempus criminal. questio terminetur, quarta omnium bonorum parte cum infamia tergiversator punitur. De jure canonico nulla certa poena praestituta est, ideo dici potest, juxta superius dicta, esse arbitrariam.

### Tit. III.

De simonia, et ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.

#### § I.

Quid est quod duplex simonia.

1 Simonia sic dicta à Simone mago, qui primus hoc vitio infectus legitur act. 8. definitur à s. Thoma 2. 2. q. 100. a. 1. studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum pretio temporali.

2 Dicitur 1 voluntas id est actus voluntatis. 2. studiosa



hoc est, deliberata; hinc simonia non habet locum, si  
 ex inadvertentia aut ignorantia inculpabili processerit.  
 3<sup>o</sup> emendi aut vendendi, comprehendendo sub his terminis  
 omne contractu onerosu. 4<sup>o</sup> aliquid spirituale, hoc  
 est, quod à Deo ut authore gratia procedit, vel ad  
 eum ut authorem gratia ordinatur. Huicmodi autem  
 res in triplici sunt differentia; quaedam enim sunt  
 per essentiam spirituales, ut gratia sanctificans etc.  
 quaedam vero tantu causaliter, ut sacramenta, concilio,  
 preces, officia ecclesiastica ad hominum salute ordina-  
 ta; quaedam autem effective, ut ipsi actus gratiarum  
 ordinu, et ecclesiasticorum officioru v.g. patratio mira-  
 culoru, absolutio, dispensatio alijsq; actus jurisdictionis  
 ecclesiastica. 5<sup>o</sup> Spirituali annexu ad comprehen-  
 dendu ea, quae non sunt per se spiritualia, sed ad  
 ea ordinantur, ipsaq; sunt annexa, sive antecedenter  
 ut jus patronatû respectu beneficij, vasa et vestes  
 sacra respectu sacramentoru: sive concomitanter  
 ut labor in administratione sacramentoru, et ecclesi-  
 asticoru officioru: sive consequenter ut redditus bene-  
 ficio, qui dantur propter officiu spirituale. Huc  
 spectant officia sacrista, oeconomi ecclesiae q. quia  
 cum re spirituali quaedam conjunctione licet minus  
 propria habent. 6<sup>o</sup> pretio temporali, id est,  
 re qualibet pretio estimabili, quae triplex adfertur  
 à Canonistis, nempe munus à manu i.e. pecunia  
 aut res alia sive mobilis sive imobilis; munus à lingua  
 ut laus, adulatio, patrocinium, commendatio etc. et munus  
ab obsequio, ut quodvis aliud ministeriu ex pacto  
 sive expreso sive tacito praestitu propter beneficiu.  
 Dixi ex pacto quia in rigore juris non est simonia



gratis prestare obsequium spe beneficii gratis obtinendi.  
3 Dico I simonia est peccatum religioni oppositum. Ratio  
quia malitia eius consistit in irreverentia orta ex  
indigna tractatione rei sacra vel spiritualis, du  
nimirum redigitur in abjectum ordinem rerum tempo-  
ralium. Unde S. Petrus ad Simonem merito dixit:  
Pecunia tua secum est in perditione, quonia donum  
Dei existimasti pecunia possideri.

4 Dico II. simonia est ex genere suo peccatum mor-  
tale. Colligitur ex primam adducta ratio, <sup>ne</sup> eo quod com-  
mutatio rerum sacrarum cum temporalibus cedit Deo in  
grandem injuriam; et licet quidam huius materia  
parvitate agnoscere velint, verum tamen ab alijs  
nulla admittitur, imo vero videtur, quod quo vilis  
res sacra venditur, eo major noxa contrahatur,  
quia crescit irreverentia.

5 Porro simonia juxta DD. dividitur 1.<sup>o</sup> in eam,  
que est juris Divini et que humani: prior dicitur  
ea que jure Divino aut naturali est prohibita,  
ut omnis venditio rei sacra qua talis; posterior  
vero ea est, que prohibita est in materia simonia  
reposita est jure Ecclesiastico, de qua § 3.<sup>o</sup>

2.<sup>o</sup> Dividitur in mentale, conventionale et  
realem. Mentale est actio externa facta  
animo simoniaci exterius non manifestato. Unde  
non ideo dicitur mentale quod in actu exteriorem  
dandi, vel recipiendi non exeat, sed quia iniquus in-  
ferius animus simoniacus exterius non declaratur,  
exemplum est, si quis citra ultum quidem pactum  
famuletur Episcopo, ut eum obliget ex justitia  
ad conferendum beneficium. Conventionale



est illa, qua ad pactum externum deducitur, et consistit tantum in promissione, nec completur exterius per traditionem ipsius rei et simul pretij exhibiti. Conventionalis subdividitur in pure conventionalem i.e. ex neutra parte impleta, et in mixta seu semi-realem i.e. una tantum ea parte impleta. Realis vero est illa, qua contractibus mutua traditione rei et pretij ex utraque parte contrahentium completur, ut si quis beneficium iam receperit, et pro eo solvit promissas pecunias. Nota ex Sanchez. hic q. 2. dub. 1. quod qui sibi solum absque animo implendi promittit Episcopo pecuniam, non fit vere simoniacus, nisi quo ad externum actum promissionis; quia deest voluntas emendi; atque illa talis neque mentalis neque conventionalis neque realis simoniacus est.

§ II.

Quaedam ex dictis resolvuntur circa simoniam juris Divini.

Resolves esse simoniam juris Divini 1. si quis emat vel vendat sacramentum, item gratias gratis dadas, ut sunt gratia prophetia, sanitatum &c. ite actu seu usu istarum gratiarum v.g. restitutionem sanitatis, revelationem occulta rei &c. 2. si quis det vel accipiat pecuniam pro functionibus sacris qualibus v.g. pro administratione sacramentorum, oblatione sacrificij, consecratione calicis, concione, oratione, dispensatione in voto, ac universim pro quovis usu potestatis spiritualis, patet ex definitione simoniae juris Divini.

Dixi quia talibus, nam non est simonia aliquid accipere



pro laboribus extrinsecis seu per accidens conjunctis  
actioni spirituali, sive sint pravi, sive concomitantes.  
Ratio, quia illi labores sunt temporales et pretio esti-  
mabiles: sic cantor potest aliquid exigere pro artificio  
et labore cantandi, item sacerdos pro obligatione ce-  
lebrandi certo tempore, loco et labore itineris. Simi-  
liter qui procurat alteri beneficium, potest exigere  
compensationem laborum v.g. ob scribendas litteras &c.

7. Ceterum DD. communiter docent, quod licet illicitum sit  
pro labore rei spiritualis omnino intrinseco et per  
se annexo aliquid accipere per modum pretij, non tamen  
si accipiatur per modum stipendij ad sustentationem cu-  
dignus sit operarius cibo suo Math. 10. Imo secluso scan-  
dalo licet pacisci ministris de stipendio sustentationis,  
sive sint pauperes sive divites pro celebranda Missa  
et similibus; quilibet enim potest pacisci de eo, quod  
sibi jure natura debetur. Praeterea tamen ex Conc.  
Trid. sess. 25 c. 18. de reform. prohibentur etiam per modum  
stipendij pro dispensationibus, litteris dimissorijs &c. aliquid  
recipere. Item Jesuita vi suarum institutionum pro quovis  
pio officio. Vid. Lay. Theol. mor. hic n. 17.

8. 3<sup>to</sup> Si quid debetur aut accipiatur pro statu religionis seu  
admissione ad illa, ut patet ex S. Th. 2. 2. q. 100. a. 3.  
ad 4. Secus si pro sustentatione eig qui admittitur;  
modo monasterium sit tenue; nam si sit opulentum, est  
simonia juris humani, ut docet Lay. hic n. 39. citans  
S. Thom. et afferens varios textus juris; verum videtur  
certam contrariam consuetudinem videtur et consuetudinibus  
Praeterea Ecclesia legitime praescriptam esse.  
Donis tamen aliquae allicere ad religionem, praeterquam quod  
subinde scandalosum sit, et libertati professionis noxium.  
Speciem quoque simoniae habet ut insinuat c. quod pio.  
caus. 1. q. 2. licet in rigore non sit simonia, nisi interveniat pactum.



4<sup>to</sup> si quid detur aut accipiatur pro jure sepultura in  
 loco s. c. 15 de sepultura. Item pro actu sepeliendi  
 ut religioso seu prout à clericis exercetur; attamen non  
 committitur simonia si quid detur aut accipiatur titulo  
 stipendi; Item pro obligatione ut in certo loco se-  
 peliatur. Quod si quis eligat in templo sepeliri,  
 poterit pro eius sepultura plus exigi, quia locigille  
 est honoratior, modo non exigatur per modum pretij;  
 sed solum ad fabrica et ornamenta Ecclesie.

5<sup>to</sup> secundum comunione sententia contra Navarrum  
 et alios etiam committitur simonia juris Divini, si ematur,  
 aut vendatur beneficium: quod non tantum intelligendum  
 est de beneficio quoad jus spirituale, sed etiam quoad  
 jus reddituum in officio spirituali fundatum, eius suapte  
 natura annexum.

6<sup>to</sup> si detur aut acceptetur pecunia pro collatione, elec-  
 tione, et presentatione ad beneficium: verbo pro quacunque  
 actione, qua jus etiam remotum et inchoatum acquiratur  
 ad beneficium, ut emendo jus eligendi, quod quispiam  
 habet ad beneficium; non tamen si redimatur injusta  
 vexatio circa beneficium legitime obtentum. Caterum  
 non est illicitum dare pecuniam electoribus, ut non  
 eligant indignum, vel ut eligant idoneum indeterminatè,  
 sed si ut eligant hunc vel illum in particulari.

Q. an nullo modo res sacra vendi possint?

A. res sacra, quae ratione materiae pretio sunt  
 estimabiles ut v.g. Calices, agni Dei, cruces, oleum  
 panis benedicti &c. vendi possunt, dummodo non carius  
 vendantur ratione sanctitatis, benedictionis, et conse-  
 crationis, sed tantum ratione materiae pretiosioris, aut  
 laboris, sumptuum in asportando &c. Si autem canones  
 vetant vendi res quasdam sacras etiam ratione materiae



intelligendi sunt, si in rebus sacris fiat mercatura quaedam  
quasi profana. Imo Juarez docet, vendi posse  
etiam templa, quia videtur par esse ratio cum calicibus,  
utrobique enim materia de se vendibili supervenit  
consecratio. Huic contradicit Lay: eoque prohibeantur  
vendi ligna et lapides Ecclesia diruta.  
Sed pro Juarez responderi potest prohiberi ne ven-  
dantur ad alios usus profanos, eoque Ecclesia satis  
declaraverit in eis quamvis dissolutis manere con-  
secratione, <sup>cum</sup> ~~eoque~~ in se maneat uti antea lapides  
& ligna. V. Lacroix l. 3. p. 1 n. 155.

### § III.

Resolvantur alia dubia circa simoniam  
juris humani.

13 Resolves simonia juris humani committi & in per-  
mutatione beneficiorum facta sine auctoritate su-  
perioris, ut patet ex c. quosdam de rerum permutatione.  
Hae tamen simonia non est rigorosa sicut uti et nonnulla  
alia, de quibus in sequentibus; sed tantum quaedam imita-  
tione et similitudine, quatenus datur spirituale pro spi-  
rituali contra praeceptum superioris: cum aliocum  
ratio simonia exigat pretium temporale dari pro re  
spirituali. Possunt tamen volentes permutare sine  
peccato prius inter se tractare de permutatione  
facienda etiam usque ad mutua obligatione de non  
resiliendo, donec superior i. e. Episcopus consensus  
denegaverit.

14 II. In resignatione beneficiorum ut patet ex cit. c.  
hoc autem tripliciter contingi potest 1.º per



resignatione reciproca coram ordinario /i. secus si coram Pontifice /i. ut si resignem meum beneficium Petro cu pacto facto antecedenter, ut ipse vicissim suu resignet meo negoti. 2<sup>do</sup> per resignatione triangulare aut quadrangulare, ut si resigne meum beneficium in favore Petri, et Petrus suu resignet in favore Pauli, et Paulus suu in favore Joannis. 3<sup>ho</sup> per resignatione confidentia duu scilicet: resignans intendit resignatarium obligare, ut idem beneficium sibi vel alteri aliquando resignet, aut fructus aliquos vel pensionem alteri profferat. Ratio horu est; quia omnis pactio in spiritualibus simonia redolens.

III. Constituitur simonia juris humani in emptione aut venditione juris patronatus seorsim ex c. b. de jure patronatus. non tamen simul cu fundo, cui annexu est, modo sig ratione non augeatur pretiu. 15

IV. Item in venditione quorundam officioru, ut sacriste, economi, advocati Ecclesie et similia ex c. salvator, <sup>caus. 1.</sup> q. 5. in quibus officiis nil tabet sanctitatis, ob quod jure Divino essent invendibilia, sed tantu Ecclesia prohibet, illa vendi ob conjunctione cu rebz sacris, quaru proinde sanctitati contravenit, qui illa vendit; hac tamen omnia licita erunt, si fiant cu auctoritate superioris. 16

Q. An sit simonia juris humani dare aliquid pro commendatione ad beneficium? R. af. si commendatio spectetur praeise ut est estimabilis estimabilitate beneficii, secus si spectetur ut onerosa v.g. ratione laboris, expensaru, molestiaru.

§ IV.

An simoniae accepta debeant dimitti aut restituere et cui? Nota licet obligatio restitutionis non oriatur nisi 17



ex laesione iustitiae commutativa, atamen con-  
veniunt omnes, quod Ecclesia possit obligare simones  
ad reddenda ea, quae simoniaca acceperunt licet mi-  
nime laesa sit iustitia commutativa et hoc in horro-  
rem et poenam tanti delicti.

18 Dico 1. qui per simoniam adeptus est beneficium  
Ecclesiasticum, tenetur illud dimittere et fructus  
restituere. Ita habetur definitum in Extravagante  
C<sup>o</sup> deestabile de simonia. ubi decernitur, quod  
electiones, postulationes et quavis alia dispositiones  
per simoniam reate factae nullum jus tribuere valeant,  
atque provisos tenentur ad restitutionem fructuum.

19 Dico 2. si quis accepit pretium pro re spirituali, quam  
ex iustitia tenebatur gratis dare, jure Divino tenetur ad  
restitutionem, est certa, quia sic caditur iustitia  
commutativa. Hinc Parochus accipiens à suis diocesa-  
nis pro administratione Sacramentorum aliquid temporale  
obligatus ad restitutionem, in aliquibus tamen locis  
consuetudo habet, ut pro administratione Baptismi  
vel pro administratione Eucharistiae pecunia datur,  
quae consuetudo tolerari debet, si ea pecunia pra-  
cise tanquam stipendium necessarium pro sustentatione  
ministeriorum Ecclesiae exigatur.

20 Dico 3. si quis in gratia alteri privet se aliqua  
re spirituali, et pro incommodo temporali annexo  
exegerit mercedem temporalem secluso jure Eccle-  
siastico et spectata sola rei natura, non tenetur  
pretium simoniacum restituere. Ratio, quia damnum  
illud est pretio aestimabile, et nemo tenetur illud  
gratis pro altero sustinere, ut si quis spoliat se  
suo beneficio, illudque in alterum transferat. Idem est  
de omni alio jure vel re spirituali, ex cuius



294

privatioe evenit incommodum temporale, sive in bonis fortuna sive honoris. Ex dispositione tamen juris Canonici talis tenetur restituere pretium vel ei qui dedit, ut probabile est ante sententiam, vel Ecclesia aut pauperibus saltem post sententiam, c. audivimus h. t.

Dico 4. qui pretio temporali absque suo incomodo 21  
conferat aliquid spirituale, quod non habet annexum  
commodum temporale, tenetur jure Divino pretium  
pro eo acceptum restituere ei qui dedit, et is re  
spirituale collatori, si talis sit ut restitui queat.  
Ratio, quia cum res illa non sit ullo modo pretio  
estimabilis, sic nullo modo vendi potest, ac con-  
sequenter omnis pactio circa illa naturaliter irri-  
ta est. Hinc ubi venduntur numismata indul-  
gentiarum, reliquia &c. et similes res spirituales, non  
solum pretium simoniace pro eis acceptum, sed ipsae  
res restitui debent. Dissentiunt tamen multi  
quoad restitutionem ipsarum rerum spirituales,  
aiuntque eas res tunc solum restituendas esse, si  
alter restituat pretium, et repetat re spirituale,  
quorum sententia valde est probabilis.

§ V.

### De poenis simoniacorum.

Q. Un. Quanam sint poena in simoniacos jure 22  
humano statuta? R. I. Nec simonia mentalis  
in foro externo poenam annexam habet, sed quia  
in solo animo consistit, sufficit per poenitentiam  
fori interni peccatum hoc expiare. c. ult. h. t. Nec  
simonia conventionalis pure talis certas habet poenas  
annexas, quia ff. Canonos, de poenis statuunt.



in simoniacos, dationis et acceptationis meminere.  
c. 8. 34. h. l. Extrav. 1. et 2. inter Comm. eod. pro  
multi sunt, qui dicunt nec simonia conventionalem  
mixta subjacere certis poenis, excepta confi-  
dentiali, de qua postea. Ratio eorum est, quia  
versamur in materia odiosa, adeoque cum dantes et  
accipientes poenis à jure statutis tantum subiciantur,  
non debent ad alios extendi. Possunt tamen  
imò debent simoniaci quorum peccatum in actu  
externum prodit, arbitrarie à iudice puniri.

23. §. 2. Simonia Realis non quidem omnis sed  
sed in tribus solum casibus. scilicet: qua committitur  
circa ordinationem, circa provisionem beneficiorum  
et circa ingressum in religionem punitur determina-  
tis à jure poenis: Sic 1.º ob ordines simoniace  
scienter et cum culpa collatos Ordinans et Ordinatus  
incurrunt excommunicationem Papae reservatam et  
Suspensionem ab omnibus officiis et functionibus  
Ordinum. c. 37 et 44. h. l. Extrav. 2. inter Comm.  
eod.

24. 2.º ob simonia realem in provisione  
beneficiorum praeter excommunicationem Pontifici re-  
servatam, qua omnes scienter concurrentes in-  
currunt, electio, presentatio, et quavis alia colla-  
tio ipso jure nulla est, nec actu provisio jus  
acquiratur, sed ante omnia sententia fructus  
beneficiales restituere, et ipsum beneficium tenetur  
dimittere. Extrav. 2. cit. Inhabilitatur etiam per  
sententiam ad idem et ad alia omnia beneficia, privatio-  
nem habitus, deponi debet à ministerio altaris. Pius  
V. in Constit. cum primò. \*Nullitas provisionis etiam  
inducitur non tamen poena alia, licet quis



ignoranter sit simoniace promotus, pecuniâ vq. à parentibus vel testis inficis promotus collatoribus datâ. 3. ob simoniâ commissâ circa ingressu in Religionem, quâ rarissima est, hodie solum incurritur suspensio, quia Extrav. cit. quoad excommunicationem à Nav. Less. et alijs dicitur non esse recepta.

26

Q. 3. Simoniâ confidentialis præter excommunicationem reservatâ, nullitate resignationis et collationis, inhabilitatem ad idem beneficium et ad alia omnia, Leg. habet speciales poenas in Bulla Pij IV. Romani et in Bull. Pij V. intolerabilis expressas, scilicet: 1. est interdictum ad ingressu Ecclesie latum in Episcopos aliosq. Prælatos superiores loco excommunicationis, si forte huius criminis rei sint. 2. Privatio non beneficiorum tantum prius obtentorum, sed etiam pensionum. 3. applicatio fructuum male perceptorum Camera Apostolica. 4. Reservatio ipsius beneficii ita nulliter acquisiti, quæ tamen reservatio apud Germanos propter concordatâ non obtinet.

27

### Tit. IV.

Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

In h. l. prohibentur Episcopi, alijsq. Prælati, ne vices suas, i. e. jurisdictionem suam, vel etiam quodcumq. Ecclesiasticum officium, ut Vicariatum Decanatum &c. aliis vendant pro temporali pretio vel concedant sub tali onere, ut ipsi annua pensio



2 solvatur. Ubi vides huc confirmari, quod priori §. id dictum est. \* Pena huius prohibitionis est ut officialis redimens officium pecunia privetur illo et a Pralato potestas conferendi tale officium auferatur, quod tamen poena non ipso iure sed per sententiam iudicis infligi, latius colligitur ex c. i. et 2. h. d. ubi textus non dicit, privatq; sit, sed privetur, scilicet per iudicem Superiorem.

### Tit. V.

#### De Magistris et ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

1 Magistri nomine hic veniunt ad ff. Theologia et ff. Canonum, quae aliarum facultatum artium liberatis Professores et Doctores, quorum privilegium est, si in universitate publica doceant, quod non minus quam si in ijs residerent, fructibus beneficiarum suarum integre percipere possint, quamdiu docendo persistunt, Ita Bulla Eugenij IV. de qua Barb. in Consult. Canon. l. 5. res. 88. dub. 1. vid. etiam Garc. de Benef. p. 3. c. 2. n. 56.

2  
3 Ut vero Clerici etiam in doctrina proficiant simili modo iisdem conceditur in c. fin. h. d. ut absentes ex licentia sui Pralati in studio Theologico si idem esse de studio Canonico tradunt DD. gaudere nihilominus fructibus suorum beneficiarum possint, sed per quinquennium, quo studium praedictum facile absolvi potest.



L. 1. pro altera rubrica parte i. an simoniacum sit 4  
 pro datione licentia docendi seu tradendi scientias  
 aliquid accipere? R. licet c. i. 2. 3. h. t. prohibi-  
 tum sit, ne pro licentia docendi sive pro obtinenda  
 professura aliquid temporale exigat is, ad qua-  
 lelem licentia vel professura conadere pertinet,  
 proprie tamen simoniacum non est. Ratio, quia  
 nec ipsa doctio est quid spirituale, prout in ma-  
 teria simonia sumitur, neque ea se est ordinata  
 ad actus proprie spirituales, cum tendat ad scientia  
 in intellectu auditorum generandam.

L. 2. An illicitum sit pro actuali doctioe sti-  
 pendium accipere? R. Neg. Nemo enim teste  
 apost. ad i. Cor. 9. suis stipendijs milchab. pec-  
 cabunt tamen Professores si habentes sufficiens  
 stipendium insuper aliquid a discipulis exigant;  
 excipe, nisi eis extraordinaria instructione  
 impenderint. Panor. in c. 4. h. t.

L. 3. Ex quibus titulis pro gradu magistrj 6  
 et doctoratq impertiendo Universitates alio-  
 quid exigere possint? R. In gradu Ma-  
 gisterij et Doctoratq plura posse considerari,  
 quo sunt pretio aestimabilia: ut 1. labor et incom-  
 moditas examinantium, approbantium et assistentis uni-  
 versitatis in tali gradu. 2. gradus ipse quatenus  
 publicum testimonium scientia et doctrinae. 3. honor  
 temporalis per gradum collatq. 4. Communicatio  
 privilegiorum gradui annexorum. Ex his ergo titulis  
 merito aliquid pro gradibus academicis  
 exigi et accipi potest.



## De judæis, Saracenis et eorum servis.

2<sup>i</sup> Nota. Nomine Saracenorum veniunt omnes Mahometica sectæ addictos, sive sint Turca sive Persa Tartari, Aegyptij, et similes, imò etiã Paganos seu quoscunq; infideles huc intelligi vult Loez. h. d. n. 3. Circa autem judæos

2<sup>o</sup> Q. 1. an licitum sit Christianis Principibus, ut in suis terris tolerent judæos?

R. aff. quia perpetuum dant testimonium non solum scripturae veteris testamenti, sed etiã religionis Christianæ veritati; qua de causa credibile est quod Deus gentem judaicam non periret deleri sed toto orbe dispergi voluerit. Vid. s. Aug. contra Faust. c. 23.

3 Interim tamen quia nimia judæorum in locis Christianis abundantia non caret periculo apud rudem plebem, nec convenit, ut in tanto vigore permittantur ritus judæici cum frequenti blasphemia Christiani nominis: ideo statuit s. Pontifex in c. consultat. 7. h. d. ut judæis quidem permitti possint veteres synagogas ab antiquis temporibus obtentis restaurare, non autem novas edificare, vel altiores, ampliores aut pretiosiores reddere.

4 Q. 2. An et quatenus Christianis prohibita sit conversatio cum judæis et infidelibus. R. s. Christianis prohibetur, ne assidua familiaritate cum infidelibus, præsertim vero cum judæis utantur, sicut in specie interdicitur, ne aliquis Christianus



in eadem domo cum judaeo habitet, ne judaeo medico  
 utatur, judaeorum alyna comedat, in eode cum  
 is convivio vel balneo versetur: ne quisquam  
 Christianorum judaeo continuo serviat, nisi locando ope-  
 ras ad modicum tempus: ne nutrices Christianae  
 nutriant judaeorum infantes intra ipsorum domos:  
 ne Christiani et judaei vel alij infideles conjugia  
 inter se ineant, prout haec omnia habentur per  
 plura c.c. in Causa 28. q. 1. Praeterea ut inter  
 Christianos et judaeos sit distinctio, et Christiani sci-  
 ant judaeorum evitare consortia, mandat Pontifex  
 in c. in non nullis. 15. h. l. ut judaei et saraceni  
 utriusq; sexus in terris Christianorum debeant ubi  
 habitu, per que a Christianis discernantur, et illis  
 diebus, quibus singulariter celebratur memoria  
 Dominice Passionis, non debeant in publicum  
 prodire. Q. 2. Nec pacis multo magis  
 belli tempore licet Christianis ad saracenos aliosq;  
 infideles arma deferre, aliave ad bellum servi-  
 entia. Jure civili rei huius delicti plectuntur  
 capite et bonorum confiscatione l. fin. C.  
que res exportari. Jure Canonico sunt ipso  
 facto excommunicati excommunicatione Papa re-  
 servata per Bulla Coena. Cap. 7. alia poena  
 legi possunt c. 6. ii. 17. h. l.

Q. 3. Utrum sint aliqua causa, qua conversa-  
 tione cum judaeis et infidelibus a culpa excusetur?  
 R. principaliter tantum illa conversatio pro-  
 hibita esse cum infidelibus, quae fit per modum  
 societatis et familiaritatis, vel aliunde assidua



et diuturna est. Quare qui casu cum Judaeis  
in eodem convivio vel balneo convenit, non  
tenebitur ab eodem declinare. Item in illis  
locis, ubi Judaeis conceditur mercatura exercere  
consuetudo declarat, licitum esse cum ipsis contractus  
emtionis, permutationis aut similes celebrare.  
Denique sicut in omni lege aut transgressione  
excusat magna necessitas corporalis aut spiri-  
tualis, Ita etiam hic non est culpandus, qui ex  
necessitate famis cum Judaeis manducat, qui Judaeo  
medico utitur, si alius curando morbo idoneus  
haberi nequeat, qui sperans conversionem infide-  
lis, cum eo familiaris et frequentis conversatur.

8 Q. 4. An Judaeis vel infidelibus possit à Prin-  
cipe concedi officium, vel jurisdictio aliqua in  
Christianos? R. id utroque jure esse prohibitum  
quia sub tali praetextu infideles Christianis plu-  
rimum sunt ingesti. c. cum sit sit. ib. h. t. et  
c. ult. c. de Judaeis. Unde si Princeps velit  
aliquos redditus sua provincia vendere Judaeis  
debet pro collectione istorum reddituum praeficere  
Christianum c. penult. h. t.

9 Q. 5. An liceat infideles bello expugnare prop-  
ter infidelitatem, idololatriam aut alia eorum  
peccata contra jus divinum?

R. id esse valde probabile, maxime si con-  
sensus Papa accedat, cuius est defendere  
jus divinum, si enim licet vindicare injuriam  
homini illatam per idololatriam, sicut ea de causa

Cur non etiā Deo  
factam



olim judais permisso fuit multas gentes delere, ut in ff. Litteris habetur.

Q. 6. An judai, alive infideles invitati ad fidem catholica cogi possint? R. 1. Directe cogi non possunt Can. 3. et 5. Dist. 45. c. 9. h. b. et ex praxi Ecclesia. Ratio, quia Ecclesia non habet jurisdictionem in infideles i Cor. 5. nec Principes suam ad spiritualia possunt extendere. R. 2. filij judaeorum et infidelium invitati parentibus ordinariè baptizandi non sunt: quia nec sine injuria parentum ab ipsis abstrahi, nec sine periculo perversionis et injuria baptismi ipsis relinqui vel restitui possunt. Ita communiter cu ff. 2. 2. q. 10. a. 12. tradunt DD.

Excipiuntur tamen aliqui casus ut I. si infans in articulo mortis, adeoque extra periculum perversionis constitutus sit. II. si semel à parentibus filius abstractus iis amplius restitui non possit, ut quia mortui sunt &c. III. si unq ex parentibus consentiat altero dissentiente, consentientis, <sup>cum</sup> voluntas tanquam justior in favore prolis preferenda est. IV. si prolem ad usum rationis pervenisse satis ex quibusdam indicijs probabiliter colligi possit, quia in illis, quae ad salutem animae pertinent homo à parentibus non dependet. V. deniq; si liberi infidelium perpetuo amantes sint, etiam invitati parentibus i. usque à quibus propter amentiam reverti nequeunt i in fide Ecclesia baptizari possunt, ne omni remedio animo destituantur.





# Tit. VII.

## De Hæreticis.

1. Q. 1. quid sit hæresis? R. est error contra aliquam fidem catholicam veritatem cum pertinacia junctam in eo, qui fidem suscepit.

2. Dico 1. Contra fidem catholicam, i. e. contra id quod Papa ex cathedra loquens vel concilia legitime congregata nobis credenda proponunt.

3. 2. Cum pertinacia i. e. scienter ac deliberate contradicens fidem. 3. qui fidem i. e. baptismum suscepit.

4. Dubitatur, an pro hæretico habendus sit, qui dubius est in fide? R. licet talis peccet, si deliberate de aliquo fidei articulo dubitet, nihilominus potest probabiliter excusari à formalis hæresi et hæreticorum poenis. Ratio, quia hæresis est actualis electio erroris contra fidem, dubitans autem nondum aliquid elegit, cum nec assensum nec dispensationem habeat.

5. Dices c. i. h. l. dicitur dubius in fide infidelis est. R. id intelligi debere pro foro externo, et quod ad inquisitionem infirmandam hæresim presumatur.

6. Q. 2. Quam sint poena hæreticorum? R. præcipua est Excommunicatio ipso jure lata et ex Bulla Caro Domini Summo Pontifici illata reservata; ad hanc tamen Excommunicationem tres potissimum conditiones requiruntur; I. ut aliquis sit formalis hæreticus, non materialis, qui potest ex ignorantia non autem ex pertinacia hæretica



299  
propositione credit. II. requiritur, ut haeresis non  
tantum in animo consistat, sed extrinsecus significetur,  
quia Ecclesia in iudicio fori externi non iudicat de  
internis, nec punit solas cogitationes, c. cogitationis 14.  
de Penit. d. 1. unde talis haereticus pure mentalis  
a quolibet confessario absolvi poterit. III. ut actio  
externa, quae verbo et opere se aliquis haereticum  
declarat, sit mortaliter mala, et fiat animo profi-  
tendi vel defendendi haeresin, proinde qui causa  
querenda instructionis alteri suam haeresin in ani-  
mo conceptam detegit, non propterea excommunica-  
tione incurrit.

Sed quid si aliquis ab auditione Missae vel confes-  
sione abstineat, aut in diebus abstinentiae carnes  
comedat, ex intrinseco motivo haeretico, qui tamen  
hoc motivum per verba non exprimit? R. Si  
consideratis circumstantiis loci, temporis et personae  
homines moraliter talem actum, vel omissionem  
actum pro signo aliquo haeretico accipiant, non evi-  
tabitur excommunicatio, quia nihil interest, verbis  
an factis haeresis demonstretur.

Poenae caetera spirituales in haereticos forma-  
tes et externos: item in eorum receptatores, de-  
fensores, fautores videri possunt in c. 8. g. 15.  
h. d. c. 2. eod. in 6. et in Bulla Caeno Casu 1.

Poenae vero temporales exhibentur in c. g. 13. 15.  
fin. h. d. c. 4. 5. 8. C. h. d. quas hic recensere  
omittimus, eoquod apud nos in Germania circa  
haereticos toleratos locum non habeant.



9 Q. 3. Quid dicendum de lectione librorum hereticorum?

~~Ad Ordinarie S. Pontifex, si tamen haeresis, licet  
externo opere vel verbo expressa fuerit occulta, sive  
a paucis: sensus quos non est divulgationis pericu-  
lum, cogitata ab Episcopo absolutio conceditur~~

R. Ex dicta Bulla censura excommunicatione reser-  
vata damnantur, qui heretici libri haeresin conti-  
nente, vel de religione tractante sine apostolica  
sedis licentia scienter legunt, retinent, imprimunt,  
vel quomodolibet defendunt. Ut autem sciant Catho-  
lici, quos libros evitare debeant, de mandato  
sumorum Pontificum certus index librorum prohibitionum  
editus est.

10 Circa tamen indicem advertere oportet, duas esse  
classes librorum prohibitionum, in prima classe  
ponuntur omnes libri heretici et de Religione  
ex instituto tractantes, quavis fortassis nullum  
manifestum errorem contineant: sufficit enim quod  
ab hereticis conscripti, ideo periculosi sint: atque  
huius primae classis libri omnes sub excommuni-  
catione reservata prohibentur. In altera vero  
classe ponuntur illi libri à quibuscumque conscripti,  
qui licet haeresin non contineant, aliunde tamen  
scandalosam doctrinam, aut bonis moribus repug-  
nante tradunt: et isti si in indicem librorum  
prohibitionum nominatim relati sint excommunicatione  
quidem annexa habent, non tamen reservata;  
imo in Germania indicem quoad secundam classem  
non esse receptum, ait Paulus Layman in Theol. mor.



C. 2. Tr. 1. c. 15. sub num. 6. quod fortassis verum  
est circa poenam Excommunicationis, non autem utique  
ratione peccati, quod plerumque ob periculum perversionis  
aut mala delectationis ex lectione sativum librorum  
committitur.

Illud vero communis notant DD. quod libri ab 11  
haereticis conscripti ex usu praesertim Germania tunc  
sola prohibiti sint, si ea instituto de religione  
tractant, non autem si de materia indifferenti v.g.  
de jure, medicina, Philosophia aut alijs, licet  
quandoque obiter aliqua haeretica inferant. Item  
quod parvitas materiae s. quae potiores ad lectionem  
anig pagina in libro haeretico constringunt s. à  
caesura excuset.

Q. 4. Quia ab haeresi formali et externa absol- 12  
vere possint? R. Ordinarie s. Pontifex, si  
tamen haeresis licet externo opere vel verbo  
expresa fuerit occulta, sive à paucis s. penes  
quos non sit divulgationis periculum s. cog-  
nita etiam Episcopo absolutio conceditur in  
Trid. Sess. 24. de reform. c. 6.

Nec haec potestas s. quidquid alij in contrarium  
dicant s. revocata est per Bullam Caeno,  
quia haec Bulla generaliter loquitur de  
haeresi; Concilium vero loquitur specialiter  
de haeresi et alijs delictis occultis, constat  
autem, quod leges generales edicta  
specialibus non derogent.



## Tit. VIII.

## De Schismaticis et ordinatis

ab eis.

1. Quid Schisma quid et quod duplex? Q. 1. Schisma est scissura, qua quis se separat à communione et unitate Ecclesie catholice, quatenus illa est corpus mysticum ex universis fidelibus tanquam membris et Rom: Pontifice tanquam capite constitans. Q. 2. Schisma aliud est purum et aliud non purum. Purum illud est, quod descripsimus, dum scilicet quis s. Pontifici qua taliter eum agnoscat esse Caput Ecclesie, pertinaciter tamen obedire decrecat. Non purum sive conjunctum est, dum quis aliquem præterea negat fidei articulum. Verum hæc distinctio solum speculative procedit, nam practice vix datur purum schisma; nullum enim schisma non aliquam sibi confingit hæresin, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur. c. 26. Caus. 24. q. 3.
2. Quænam sint pœnæ schismaticorum? Q. 1. non pure tales sunt, omnes hæreticorum incurrunts pœnas, ut patet. Pure autem et proprie tales incurrunts I. Excommunicationem majorem, quæ respectu ipsorum hodie vi Bull. con. Cap. 1. est reservata s. Pontifici, non tamen respectu fautorum ipsorum.
2. redduntur inhabiles ad obtinenda beneficia et dignitates Ecclesiasticas, antequam dispensentur cum ipsis, probabiliter tamen jam egerint poenitentiam et reversi sint ad unitatem Ecclesie c. 5. de elect.
3. privantur ipso facto jurisdictione Ecclesiastica



ut nec excommunicare, nec absolvere, nec indulgentias concedere aut beneficia possint conferre.  
 c. i. h. d. 4. Confiscatione honorum incurrunt. c. un.  
 h. d. in 6. 6

Q. 3. Num ordinationes seu collationes ordinum aliorumque plerumque sacramentorum

Q. 3. Num ordinationes à schismaticis factae à alijs atq; valeant? R. Ordinationes seu collationes ordinum aliorumque plerumque sacramentorum valide ab ipsis conferuntur. Ratio quia collatio ordinum dependet à potestate sacramentali ordinis, qua non amittunt schismatici, modo substantialia observent; taliter tamen ordinati executione ordinis citra dispensationem non recipiunt. arg. c. i. et 2. h. d. 7

### Tit. IX.

#### De Apostatis et reiterantibus Baptisma.

Q. 1. Quid et quotuplex sit Apostasia? 1

R. Triplicem assignari à Doctoribus scilicet à fide, ab obedientia, et ab ordine sacro vel religione.

Apostasia à fide est, quando quis recedit à fide catholica, qua antea est professus. Duplex est; partialis et totalis; nam si quis ita recedit, ut se transferat ad aliam sectam v. g. Lutherana Calviniana &c. dicitur apostasia partialis, quia non omnis professio Christiana relinquitur, sed ex parte retinetur.

Nota tamen, quod licet hac apostasia non constituat 2



- Diversa ab haeresi Speciem, involvit tamen circa  
stantia valde et notabiliter aggravante; nam praeter  
errorem in fide etiam dicit externa alterius sectae  
professione, atque adeo <sup>probabiliter</sup> necessario in confessione  
aperiendam ad statum hominis plene cognoscendum.  
Si quis vero penitus renuntiat universa fidei Christi-  
anae, quae antea tenebat, et convertatur ad  
judaismum vel turcismum &c. tunc vocatur totalis.  
Duplicem in ista apostasia malitiam deprehendit  
Suarez, infidelitatis scilicet: quae in toto quis  
fidei dissentitur, item cuiusdam injustitiae, quae  
pactum cum Ecclesia in baptismo initum rumpitur.
3. Apostasia ab obedientia est, cum quis superioribus  
iuxta praecipientibus sese opponit, obedire pro-  
fractè detrectans. huius species praecipua est  
Schisma, de qua priori titulo.
  4. Apostasia à Religione est, quando quis à  
Religiosi ordinis instituto criminose ac univer-  
sim recedit sine proposito revertendi; Unde  
non eris apostata, si religionem deseras etiam  
dimisso habitu, dummodo animum habeas  
revertendi, sed tantum fugitivus.
  5. Apostasia ab ordine sacro est, cum quis ini-  
tibus tali ordine ad statum laicalem dimisso  
habitu propria temeritate se transfert. Unde  
minoribus tantum initiatus, taliter se transferens,  
non est apostata.
  6. Q. 2. quanam sint poenae apostatarum? A. 1.  
Apostata à fide poenas omnes incurrunt, quas



utroque jure heretici, cum omnes sint veri heretici,  
 licet non omnes heretici sint apostatae; nec ipsos jurat  
 in imperio toleratio certarum religionum c. 15. de heret.  
 in 6. Imo graviter contra hos apostatas proceditur ob  
 graviter peccatum, dum et semper, quamdiu vivunt, <sup>imo</sup> etiam  
 post mortem ad quinquennium accusari et in suis puniri  
 possunt. c. 2. et 4. C. h. l.

§. 2. Apostata à Re- 7  
 ligione sic puniuntur, ut sint feriendi Excommunicatione,  
 qua adeoque est ferenda tantum sententia, nisi di-  
 miserint habitum c. 2. ne Cler. vel Monach. aut nisi  
 sint apostata à societ. Constit. Greg. XIII. Ascendente  
 2. Suspensi sunt ab executione Ordinum in Apostasia  
 susceptorum, <sup>donec</sup> quoad accesserit dispensatio Pontificia c.  
 fin. h. l. 3. amittunt omnia privilegia Religionis  
 suae, saltem si sequatur sententia declaratoria, et  
 apostata habitum dimiserint. Trid. Sess. 9. c. 25. c. 19  
 de ref.

§. 3. Poena apostatarum ab ordine 8  
 sacro sunt, quod amittant privilegium Canonis c. 1.  
 h. l. c. 23. de sent. Excom. 2. quod incurrant  
 excommunicationem, qua est ferenda sententia, af-  
 sumpto tantum statu laicali; talem autem per c. 5.  
 h. l. si matrimonium attentent contrahere. 3. quod  
 dure sint incarcerandi juxta c. 5. h. l. 4. quod  
 fiant infames, et irregularitate incurrant, attentato  
 praesertim matrimonio ob bigamiam similitudinariam.

§. 3. qui intelligantur per rebaptizantes seu 9  
 reiterantes baptismum, et qua poena iterantium  
 baptismum? §. 1. intelliguntur ij per rebap-  
 tizantes, qui semel rite et absolute baptizatos  
 scienter sepius quam semel baptizant, et hinc



Anabaptista dicuntur. De similibus agitur in Can.  
108. et 112. Dist. 4. de consecr. §. 2. De jure  
Civ. rebaptizans et rebaptizatus scilicet scienter affi-  
ciuntur ultimo supplicio. l. i. et 2. Cod. ne sanct.  
bapt. iter. neque gaudent immunitate, quia tolerati  
in Germania. De jure Can. baptizans et  
baptizatus est irregularis, et Clericus deponitur  
et laicus excommunicatur. c. 2. h. d.

### Tit. X.

#### De his qui filios occiderunt.

1. L. 1. quina comprehendantur h. d. §. 1. Omnes  
parricidae tam proprie quam improprie dicti.  
Parricida proprie dicitur est qui parentes, vel  
econtra, qui liberos occidit: improprie dicitur  
est, qui occidit collaterales et affines de quibus  
per ordinem in l. i. ff. ad l. Pompei. de parric.
2. §. 2. quana scilicet poena parricidij. §. 1. de  
jure Civ. poena parricidij improprie dicti est  
gladius l. 9. ff. ad l. Pompei. poena parricidij  
proprie talis olim erat poena culci, i. e. par-  
ricida includebatur in sacco ex corio confecto  
cum cane et gallo gallinaceo, vipera et simia  
et projiciebatur in aqua l. un. c. de his qui fil.  
occid. hodie tamen non est in usu sed alia  
pro qualitate circumstantiarum cum exasperatione  
tamen adhibetur. De jure Can. iudex Ecclesiast-  
ticus clericum prius depositum et degradatum  
tradit curiae saeculari. §. 2. foemina
- 3



qua procurat abortu factus animati vere est  
 rea patricidij et punienda de jure Civ. secundum  
 antecedenter dicta. De jure Can. poena est  
 arbitraria, cui etiam subjacent matres, quae in  
 eodem loco lecto proles collocant, easque sine  
 dolo malo, non tamen sine culpa opprimunt.

## Tit. XI.

### De infantibus et Languidis expositis.

Q. 1. quomodo intelligantur per infantem et languidum  
 expositus? R. 1. per infantem intelliguntur  
 liberi recentiter nati, qui à parentibus exponuntur,  
 et relinquuntur ad hoc, ut forsitan ab alijs sus-  
 cipiantur alendi. talis derelictio est graviter  
 mala, nisi excuset summa egestas. Vid. l. 4. ff.  
 de agnosc. liber.

R. 2. nomine languidum  
 veniunt omnes, qui gravi ac diuturno morbo  
 praesertim perpetuo et incurabili detinentur, et  
 deseruntur ab ijs, qui eis alimenta praestare de-  
 buissent.

Q. 2. quomodo sit poena liberos suos exponentiū? R. 2  
 De jure Can. poena est arbitraria; de jure Civili  
 vero, si infans fuerit extinctus, eoquod in loco  
 periculoso v.g. solitario esset expositus, est poena  
 capitis, Const. Crim. Carol. c. 132. si vero super-  
 pes sit, poena est arbitraria. Idem obtinet in  
 expositione languidorum.

Q. 3. quis teneatur alimentare infantem expositum? 3

R. Ecclesia si habet sufficientes redditus c. 70. caus. 12.  
 §. 2. Hodie plerumque hospitale, si existat; in horum  
 defectu, communitas.



Q. 4. In famulo aegrotanti tenetur Dominus pro-  
 videre de necessaria cura? R. tenetur ei Dominus  
~~providere de necessario~~ suppeditare alimenta, et  
 tenetur saltem expensas facere in medicos et  
 pharmaca. <sup>communiter DD.</sup> ~~Ad maiores ex-~~  
 pensas tenetur Dominus ex charitate, si ipse dives  
 famulus pauper sit. Ratio quia quilibet tenetur  
 alteri in extrema vel gravi necessitate constituto  
 de sibi superfluis subvenire.

## Tit. XII.

### De homicidio voluntario vel casuali.

- 1) Compiler hic duas tantum species homicidii posuit  
 scilicet: voluntarium et casuale: sed interpretes  
 communiter tertiam speciem addunt nimirum homi-  
 cidium necessarium, quod vel ex causa iustitiae  
 vel defensionis committitur. sed et ista species  
 non incongrue ad homicidium voluntarium re-  
 ferri potest, si homicidium distinguamus in licitum  
 et illicitum.
- 2) Ceterum homicidium voluntarium aliud est directe  
 et plene voluntarium, quod ex proposito, et inten-  
 tione, opere, consilio, vel auxilio committitur. aliud  
 indirecte voluntarium, seu ut DD. loquuntur,  
 volitum in causa, quando quis agit talem actum, ex  
 quo facile providere potest, homicidium secuturum,  
 quamvis directe homicidium non intendat, ut si  
 femina pregnantem percussit, quo deinde foetus  
 animatus abortum facit; si explodat sclopetum in  
 loco, ubi frequenter homines transeunt.



304

Homicidium casuale est, quod nec directe nec indirecte est volitum; sive quod nec dolo nec culpa commissum est, sedmero casu accidit.

§ I.

In quibus casibus licitum sit homicidium.

Q. 1. Ex qua causa licitum sit maleficos occidere? 3

R. Ex causa legibus comprobata et auctoritate publica, modo juris ordo servetur, delictique gravitas id postulet, Exo. Dom. 22. Rom. 13 v. 4.

Q. 2. An Carnicibus, cuius occidendi potestas civili- 4

bel a magistratu publica concessa est, absque peccato occidi possit? R. affirmativa esse valde com-

mune eo casu, quo hoc occisio in territorio pro- 5

scribentis ex merito iustitiae delo fieret. Verum

negativa verior est, eo quod talis homo sic occisus 6

in corpore et anima pereat, quod plane Christiano

pietati repugnat. Secus tamen dicendum si publica

reipublica salus ex eius vita periclitaretur. 8

Q. 3. An licitum sit adulteram vel filiam in 7

adulterio deprehensam occidere? R. id quidem

de jure civili permittitur esse secus vero de jure

canonico c. 6. <sup>caus.</sup> de adulter. 23. q. 2. Unde LL. civiles

non sunt iusta, si talem occisione permittant 8

positive: quia, ut diximus, Christiano pietati

repugnat aliquem in corpore et anima perdere.

Q. 4. An liceat se ipsum occidere, vel mutilare? 9

R. ordinariè non licere; Ratio, quia solus Deus



est Dominus vita ac membrorum hominis Deut. 22.  
10 Sap. 13. Q. 2. per accidens licitum esse mu-

tilare se ipsum, nempe ad vitandos gravissimos dolores  
aut ad conservandam vitam; cum enim homo sit custos  
vite, potest ea servare cum jactura membri. Imo  
licet etiam gravibus de causis ad suam mortem indirecte  
concurrere, varia faciendo aut omitendo, ea quibus pro-  
videtur propria mors secutura, modo non intendatur  
directe, ut 1. abstinendo a cibis, dum solum apponuntur  
idolotrita, aut caro humana. 2. omitendo curaciones  
valde pretiosas aut doloriferas. 3. quoda agendo  
cum vita periculo, ut saepe milites. 4. desiliendo  
ex turri incensa ad vitanda atrociora morte.

11 Q. 5. An ad defensionem proprii corporis liceat alteri  
occidere? R. aff. quia omni jure licitum est,

vim vi repellere, modo servetur moderamen incul-

pata Sabela c. 14. h. d. Consistit hoc moderamen  
in eo, quod invasus arbitrio boni viri consideratis

12 loci, temporis, personarum circumstantiis invasori  
modo faciliori parere non potuisset. Unde communiter  
inferunt 1. quod homo nobilis aut miles non tene-

atur fugere, si ab alio invadatur; quia hoc ei  
ignominiosum esset, sed potest vim vi repellere. Dicitur

in c. 12. de rest. spol. n. 17. 2. quod non teneatur  
invasus expectare primum ictum, si ex indicijis pro-

cedentibus satis certum sit de percussione alterius,  
sicut expresse habetur in Constitutionibus penales Ca-

rol. v. art. 140.  
toto, melius enim est intacta jura servare, quam  
post vulnerata causa remedium querere, ut in simili

Dicitur in l. ult. Cod. in quibus causis restitutio in  
intero. necessaria non est.



Q. 6. An etiam ad defensionem proximi liceat eius in- 113  
 vasorem occidere? R. aff. vi precepti charitatis,  
 qua quis tenetur proximum sicut seipsum diligere; \* Imo 124  
 etiam non nunquam iustitia id ipsum exigat, ut si alicui  
 si officij, vel pacti, aut obligationis incumbat alium  
 ad injurias et damnis vindicare. \* Interest autem, 15  
 an quis teneatur ex charitate vel iustitia; nam  
 ex charitate nemo tenetur alterum tueri cum magno  
 sui periculo, sed ex iustitia. item ex iustitia  
 oritur obligatio resarciendi damnum ex omnia defen-  
 sione illatum, non vero ex charitate.

Q. 7. An liceat raptorem rerum et bonorum occidere 16  
 si nullum personam invasam ulterius imineat periculum?  
 Vg. Si fur cum meo equo aufugit, quem adhuc sclope-  
 to insequi possum, an liceat mihi eum occidere? R.  
 aff. ex ~~probabili~~ <sup>probabili</sup> sententia, saltem eo casu, quo  
 consideratis circumstantijs ablatio valde magnum  
 damnum causaret; ita docet Sylvester sess. et alij.  
 Ratio, quia licita sunt praelia etiam offensiva pro  
 bonis externis; ergo saltem licita est defensiva  
 occisio invasoris et raptoris rerum bonorum. Id etiam  
 innui videtur in c. 6. de sent. Excom. in 6. et l. i.  
 C. unde vi.

Dices. c. 2. h. t. illud homicidium tantum impune dicitur, quod 17  
 quis committit, se suam liberando, ergo ubi persona pe-  
 riculum non iminet, fur occidi nequit. Illa verba  
 se suam sumi debent disiunctive, ut sit sensus se vel  
 sua; alioqui si quis totam personam, non vero res  
 eius invaderet, invasore occidere non liceret. \* Porro 18



c. 10. h. t. quod hic in contrarium adduci solet, non est ad propositum, quia hoc solum improbat occasione facta ob liberationem rerum exigui momenti.

## §. II.

De poenis homicidij et obligatione compensandi damnum datum per homicidium aut vulnera.

19 Q. 1. quana sint poena homicidij directè voluntarij?  
R. De jure can. si à laico commissum sit, est excommunicatio ferenda sententia; si à clerico, est depositio ab omnibus beneficijs et ordinibus; et ubi depositus se non correxerit, est excommunicatio, dein anathematizatio; de qua c. 106. caus. 11. q. 3. <sup>et tandem</sup> ~~damnum~~ degradatio, et traditio curi seculari. Demum si Clerico aut Laico homicida statuta est irregularitas; sed de hac & seq. De jure vero civ. est gladius, imò etiam rota, si per insidias aut latrocinium sit homicidium commissum. Const. crim. Carol. V. a. 351.

20 Q. 2. qualiter puniatur homicidium indirectè voluntariū, sive culpa commissum? Vg. si quis lapidem in plateam deiciat nec proclamaverit, et ita aliqua transeunte occidat? R. poena utroq; jure esse arbitraria non ordinaria; nam licet in contractibus lata culpa dolo equiparetur, non tam in delictis; hinc si quis alterum baculo, cantharo, calceis, pede in rixa percusserit, et inde mors secuta sit, licet hic culpa intervenierit, non tamen presumitur dolo, seu animo occidendi; nec talis homicida poena ordinaria puniri debet. Farin. Oper. crim. p. 5. Concl. 126. n. 127.

21 Q. 3. quid dicendum de eo qui in ebrietate aliquem occidit?



Q. 1. si ebrietas sit tanta, ad omni usu rationis  
privet, non imputabitur homicidium ebrio, Clem. un.  
h. l. <sup>Secus, si</sup> usus rationis per ea solum diminutus fuerit,  
sed etiam tunc minui debet poena, arg. l. 6. §. 7. ff.  
de re mil. fecus Q. 2. si quis propterea se ine-  
briasset, ut ad homicidium eo audacior reddatur, talis  
vere homicida censetur. Q. 3. qui solitus est  
in ebrietate occidere, tenetur ab ea abstinere;  
alioqui ei imputabitur homicidium, juxta illud,  
quod est causa causae, est causa causati. atamen  
talis non poenam ordinariam, sed arbitrariam ac mitiori  
punienda est. Engel. n. 29.

Q. 4. Quid si plures in occisione concurrerint, 22  
et nesciatur quisnam lethaliter percusserit. R.  
omnes ordinariam homicidii poenam puniuntur, si  
ex proposito occidendi concurrerint. Const. Carol.  
a. 148. Secus, si in rixa casu suborta, ubi om-  
nes solum poenam arbitrariam afficiuntur. Clarus  
l. 5. sentent. §. homicidium n. 38. Cov. in relect.  
Clem. si furiosus h. l. p. 2. §. 2. n. 5.

Q. 5. Quid juris, si vulnerata per aliquod tempus 23  
vixerit, et ideo dubitetur, an vulnus inflictum  
fuerit lethale? R. id dependet ex iudicio Me-  
dicorum, et chirurgorum, ex quorum depositione jurata  
iudex pronuntiare debet. Const. Carol. a. 147.

Q. 6. qua poena sit afficiendus, qui invasorem occidit, 24  
non servato moderamine inculp. tutelae? R.  
communis esse receptum, quod talis non ordinaria  
sed mitioris <sup>poena</sup> sit puniendus. Ratio, quia aggressor



sibi imputare debet damnum ex offensione alterius  
secutum. Vid. Sach. l. i. cont. c. 32.

25 Q. 7. qua sit poena occidentis vel vulnerantis seipsum?  
Q. 1. de jure can. seipsum deliberate occidens privatur  
Ecclesiastica sepultura. De jure civ. eius bona  
fisco applicantur, ut non nulli docent, sed hoc bene  
limitat Engel hic n. 34. Q. 2. vulnerans seipsum  
incurrit infamia l. 38. § 12. ff. de poenis. et pa-  
nitur pro arbitrio judicis, sicut vulnerans alterum.  
Farin. d. loc. n. 34.

26 Q. 8. quid et cui restituendum pro vulneratione aut  
homicidio? Q. 1. Pro damnis personalibus i.e. pro  
vita, membro, vulnere, cicatrice homini libero injuste  
illatis ante sententiam judicis nulla facienda est  
restitutio, ita communi sententia. Patet ex c. 1.  
Exodi, ubi percussor pro vulnere declaratur liber, modo  
operas et expensas in medicos solvat. Et ratio suffra-  
gatur ex illa regula universali: Quae sunt su-  
perioris ordinis, non possunt compensari per ea, quae  
sunt inferioris ordinis: atqui vita, membra  
sunt superioris ordinis; bona vero sortum inferi-  
oris: ergo p.

27 Dixi 1. homini libero; quia cum vita mancipiorum  
pretio aestimetur, igitur Domino pro vita p. mancipij  
sui restituendum erit, in quantum damnificatio se ex-  
tendit. Dixi 2. ante sententiam judicis; quia  
in foro externo iudex reo solet imponere multa  
pecuniaria innocenti vel eius heredibus applicanda.  
et de hoc foro intelligendum est D. Th. quando 2. 2.



q. 62. a. 2. ad 1. contrarium docere videtur.

¶ 2. Homicida vel vulnerator tenetur ad omnia 28  
damna realia et compensabilia, quae ex tali homicidio aut vulneratione sequuntur juxta aestimationem prudentium. Ratio, quia damnum injuste illatum compensari debet.

¶ Sed Petes 1. quibus haec damna compensari debeant? 29

¶ Probabilis videtur tantum heredibus necessariis, hoc est, occisi uxori, parentibus, et filiis. Ratio, quia illis debet homicida restituere, quibus damnum per se intulit, atque solum heredibus necessariis damnum per se intulit; hi enim solum censentur moraliter una persona cum defuncto: ergo &c.

¶ Petes 2. An obligatio restituendi etiam transeat 30  
ad heredem homicidam? ¶ Aff. cum communi DD. contra Rosellam, etiamsi homicida poena talionis subierit. Ratio, quia heredes succedunt in omnia jura defuncti; ergo etiam in eis debita. Si tamen heredes nihil exigant, videntur poena talionis acquiescere, et sic tacite remittere debitum.

¶ Petes 3. Quid de duellantibus? Si uterque non 31  
coactus vel invitatus compareat, uterque etiam liberatur à restitutione. Si autem provocatus convictus adactus compareat, provocans tenetur ad damna. Lay. de injusta les. c. 6. n. 2.

¶ Petes 4. An homicida teneatur ad restitutionem, 32  
quando excessit moderamen inculsus? ¶ Aff. saltem tunc quando, cum hoste facile posuisset infligere vulnere repellere, vel jam succumbente projectis armis



occidit, quia sic caditur iustitia; atamen totum damnū  
4 Vid. Engel. n. 43. non tenetur restituere ~~et Medger hū a s 43.~~

§ III.

De irregularitate qua contrahitur ex homicidio.

33 Nota. Irregularitas, i.e. inhabilitas ad ordines susci-  
piendos, vel susceptos exequendos, quā quis incurrit ob  
homicidium commissū, duplicem potest habere causam,  
nempe vel delictū, vel defectū tenitatis Christiana.  
Circa 1<sup>ma</sup> causam

34 L. 1. Quia ergo irregularitate ex delicto contrahant  
et qui non s. q. h. Hanc incurrit, qui committit homi-  
cidium culpōsu, hoc est, cū culpa lata et morta-  
liter peccaminosa c. 7. et 8. h. l. 2. multo magis  
qui committit homicidium dolosum, ipso effectu occi-  
dendo sive directe sive indirecte, sive physice  
et moraliter simul, sive tantū moraliter, mandando  
scilicet consulendo, consentiendo concurrat; ite sive  
positive aut negative, scilicet non impediendo, dum  
ex iustitia tenebatur c. 4. et seq. Dist. 50 Clem.  
un. h. l. p. 3. Etia is debet se pro irregulari  
gerere, et pro irregulari haberi, qui dubitat, utrum  
homicidium, quod factū esse constat, contigerit  
sua culpa c. c. 12. et 18 h. l. 4. imo is etia  
efficitur irregularis, qui mutilat, i.e. truncat, aut  
amputat membrū proprie dictū sui aut alieni corporis  
c. 4. et seq. Dist. 55. c. 5. Ne Cler. vel Mon.  
c. fin. h. l. in 6.

35 L. 2. Non incurrit  
irregularitate neqz ex delicto, neqz ex defectu



lenitatis Christiana, qui tanquam furiosus, amens, infans,  
 dormiens aut mere casualiter, aut se defendendo contra  
 aggressorem injuste vitæ, membrorum, bonorum, alterum  
 occidit. Clem. un. h. b. et c. 13 eod. Regula gene-  
 ralis hæc est quæ tradit Palao de Censur. d. 6.  
 p. 15. n. 9. Quicumque privata auctoritate licite occi-  
dit, irregularis non est. 2. nec irregularis est  
 qui pure ratihabet homicidium antea commissum.  
 Suar. Covarr. Nec mandans aut consulens, si mandans  
 revocet, aut consulens novis rationibus enervet  
 priores suasivas homicidij. Ratio, quia sic cessat  
 mandans aut consulens esse causa moralis homicidij.  
 Q. 2. Quina ex defectu lenitatis Christianæ contra-  
 hant irregularitatem? Q. 1. qui auctoritate publicâ  
 concurrunt propinque ad occisionem aut mutilationem,  
 licet justè, sanctè, et licite agant, irregulares  
 fiunt. Can. 1. Dist. 51. Can. 28. et 29. Caus. 23.  
 q. 8. c. 5. et 9. Ne Cler. c. 21. h. b. et c. 2. eod.  
 in 6. tales sunt Judex, Responsores, Consiliarij,  
accusator, ad vindictam publicam, Advocatq; stans  
contra reum, Notarij, ministri justitiæ: à multis  
 testibus excusantur. Immunes etiã sunt ab irre-  
 gularitate S. Pontifex; Inquisitores heretico-  
pravitatis, licet aliquæ jubeant occidi. Episcopi  
 jus gladij habentes, si vel constituant judices  
 in causa sanguinis, vel mandent justitiã admi-  
 nistrari, etiã circa particularem personam: Judex



Ecclesiasticis tradens curia seculari; Confessarius  
renuens absolvere judicem detrahente ferre  
sententia mortis; Professor explicans LL.  
Civiliter de crimine conveniens; opifices gladium  
aut furca conficientes; Spectatores etiam  
clerici, aut si infidelis, utpote non subiectus  
legibus Ecclesie, quoquo modo concurrat.

§. 2. Irregularitate etiam incurrit ex defectu  
scilicet mansuetudinis Christiano, qui in bello justo  
offensive per seipsum vel proprio facto mutilat.  
c. 1. Dist. 51. c. 24. h. l. c. 3. de Cler. percuss.  
Imo etiam is, qui prudenter dubitat, non propria  
manu quempiam occiderit. c. 24. cit. In bello vero  
injusto omnes cooperantes et pugnantes, licet unus  
tantum fuerit occisus aut mutilatus.

37. §. 3. Quis possit in hac irregularitate dispensare?  
§. Ordinaria dispensatione in jure competere s. Pontifici  
i, qui solus est super jus. Clemens 8. ne Romani 2. in  
princ. de electione. Interim hodie in concil. Trid.  
Sess. 24. de Reform. c. 6. data est potestas  
Episcopis dispensandi in omnibus irregularitatibus, ex  
delicto occulto provenientibus, excepto homicidio  
voluntario occulto, et alijs deductis ad forum  
contentiosum, id est, de quibus in judicio litigare  
coepit est; Unde si irregularitas <sup>non</sup> proveniat non  
ex homicidio, sed ex mutilatione tantum, quamvis  
voluntaria, vel ex homicidio culpabili, non tamen  
voluntario, vel si modum in defensione excessum sit,



dispensare poterit Episcopus, dummodo factu non  
 sit deductum ad forum contentiosum, et occultu  
 sit. Potest autem dici occultu, quod non est  
 propalatum, nec est eius propalandi periculum,  
 quamvis unus vel alter sciat, vel quamvis  
 aliquando deductu sit ad forum contentiosum,  
 si ex post facto reus accusatus ob defectum  
 probationu tanquam innocens absolutus sit.  
 Vid. Barbof. in Collectaneis ad dict. c. 6. Trid.

Tit. XIII.

De Torneamentis.

Torneamenta à voce italica torneare, quod est  
 gyrare, circuire appellata sunt hastiludia, quibz  
 milites, nobiles ex condicto conveniunt, et ad  
 viriu, animositatisq; offensionem equis insidentes  
 congregantur.

Corro quia ex istis torneamentis ~~mortes hominu~~  
~~corpore et anima hominum periculo hominu exponuntur;~~  
~~et animaru pericula esse provenire solent, ideo~~  
~~merito~~ prohibentur fa de jure Civ. in l. un.

C. de Gladiatores. quod de jure Can. in d. c. i. h. d.

Sub pana privationis Ecclesiastica sepultura, si  
 quis ex pugnantibz in tali torneamento decesserit.

Imo Clemens V. in quadam sua Constitutione contra  
 torneamenta instituentes, et eis favore, auxilium  
 aut consensum prestantes, sententia excomunica=  
 tionis reservata, et interdicti in loca, ubi exerceri



permittuntur, pronunciat. Quas tamen poenas  
Joannes XVII. in Extravag. un. h. l. revocavit  
ex ea causa, ut plures possent fieri exercitati  
milites pro subsidio terra sancto contra Sar-  
baros ~~et alios~~; sed hac revocatio utiq; accipi-  
enda est de tali armorum exercitio, in quo  
quantum fieri potest, praecaveatur corporis et  
animae periculum.

3 Eadem ratione, quia torneamenta ~~et ob causa~~ <sup>vetantur</sup>  
~~periculi animae et corporis~~; prohibentur etiam  
agitationes saurorum et ferarum bestiarum, ne  
homines cum ijs periculose in pugna descendant,  
additurq; poena excommunicationis contra Dominos  
permittentes tales agitationes, et ibidem decedentes  
Ecclesiastica sepultura privantur, sicut ex Bulla  
Pij V. refert Quardana in summa Bullar. verbo  
Torneamentu. \* De jure Civili, qui pro  
mercede cum bestijs in arena dimicant, vel  
aliquod premium pugna in arena cum bestijs  
acta accipiunt, infames efficiuntur. L. i. §.  
et qui operas. ff. de Postulando.

#### Tit. XIV.

#### De Clericis pugnantibus in duello.

- 1 L. quid sit Duellum? R. est singularis  
pugna duorum inter se ex condictione suscepta.
- 2 \* quam <sup>hoc</sup> grande sit malum, constat a gravibus



poenis ta duellantibus qua concurrentibus, per-  
mittentibus, spectantibus à Trid. Sess. 25. c. 19. <sup>Relaxati</sup>

Item à Pio V. in Bulla: Ea qua à prædeces- <sup>3</sup>  
soribus ~~et alijs Pontificibus~~ statutis. Circa quas  
Not. 1. quod hodie Clericus ta excommunicatione <sup>4</sup>  
qua privatione beneficiorum et inhabilitatione  
ad ea imposterum obtinenda unà cu infamia  
ipso facto incurrat: à quibus poenis non amplius  
Episcopus: nisi casus esset occultus juxta Trid.  
Sess. 24. de ref. c. 6. sed solum Papa ab-  
solvere potest. Barb. in c. 1. n. 6. Joan. Honor.  
ad h. f. n. 3.

Not. 2. Excommunicatione, qua in concil. Trid. <sup>5</sup>  
propter duella infligitur, non esse quidem in  
ipso Concilio Pontifici reservata, proinde stando  
soli Concilio posse à quocunque sacerdote <sup>relaxari;</sup> ~~absolvere~~  
cum enim conditor Canonis absolutione à censura  
sibi specialiter non retinuit, eo ipso concessisse  
videtur facultate alijs <sup>eam</sup> relaxandi ut dicitur  
in c. nuper. 29. N. in secundo. de sentent. excom-  
municat. Attamen Clementem VIII. poenas  
duellantium earumque absolutiones Sedi apostolice <sup>6</sup>  
reservasse, notat Barb. d. loco. Putat tamen  
Paulus Laym in Theol. mor. lib. 3. tract. 3. c. 5.  
sub n. 4. apud Germanos aliosque Septentriona-  
les hanc reservationem receptam non  
esse.



7 Not. 3. Poenas duellantium solum locum habere in duellis ex condictione, statuto tempore, et in loco convento, ac cum ordinario vitae periculo institutis. Quare non incurruntur poena duellantium, si duo sine procedenti provocatione et assignatione loci et temporis subito in platea rixas et pugna incipiant; vel si duo pugnis tantum, aut armis solum levioribus, ut plerumque soleat abesse commune periculum, secum dimicent.

8 Not. 4. Quod de spectantibus dicitur, intelligendum esse de iis, qui studio ad locum duelli accedunt, et ex quorum praesentia duellantes redduntur audaciores; quare non incidere in excommunicationem qui casu transierit locum duelli, et obiter aspiceret non figendo ibi pedem; vel qui ita latenter aspiceret, ut profusus à duellantibus non adverteretur.

9 Not. 5. Penam privationis Eccles. Sepulturae probabiliter illis solum infligi, qui in ipso conflictu decedunt, ut verba Trid. d. sess. 25. c. 19 sonant, et similis sententia habetur in c. 1. de torneam. ubi dum Sepultura Ecclesiastica propter torneamenta denegatur, adduntur haec verba: Si quis ibi mortuus fuerit.

10 Quod etiam tenet, licet quis à Presbytero casu interveniente absolutus sit; quia haec poena non solum ob decessionem in peccato,



sed ob detestatione duelli statuta est. Dissen-  
siant tamen nonnulli.

1. quibus casibus licitum sit, et honestetur duellum? 11

1. si duo rei ad mortem à Principe sint condemnati,  
eisq; indicatur duellum, ut ei, qui superstes manserit,  
vita condonetur; Illicite quidem agit Princeps,  
cum talis oblatio duelli speciem quandam crudeli-  
tatis habeat, ipsi tamen rei facultate sibi à  
Principe facta licite exequuntur. Ratio, quia  
à jure naturali alienum non est, reum unum alteriq;  
constitui ministrum. 2. si assumatur ob bonum  
reip. Vg. ad finiendum bellum, belliq; calamitates  
et decidendam Principum controversiam, multorum  
alias sanguine vix terminanda. Exempla plura  
S. Libera et historia profana suppeditat. 3.

Si suscipiatur ad defendenda vita vel bona, ut  
si quis intentet certa morte, direptione bonorum,  
incendium & nisi cum ipso duello congregariis, ex sup-  
posito; aliam rationem hoc defendendi non appa-  
rere. Ratio, quia hoc casu acceptatio vel oblatio  
duelli est potius prelatio minoris mali, quam invitatio  
ad malum; est acceptatio periculi dubij ad evitan-  
dum damnum certum. Nec paritas est cum acceptan-  
te duellum precise ad punctum proprii honoris duen-  
dum. 4. ob defensione honoris Divini, Religionis,  
boni communis, dum quis à blasphemis, profanatione  
rerum sacrarum, persecutione reip. desistere non  
vult, nisi duellum cum ipso ineatur, licite ite

ed habere  
re, et in  
aricals  
sena del-  
ation et  
plata  
pagnis  
serung  
dimic  
intellig  
elli acced  
stantur  
economi  
biter ager  
e. Libera  
non vob  
Sepulch  
i ipsi co  
le. 24.  
in ci. n  
l'apra p  
re veru  
Dag  
by her  
quia he  
paccat



~~De Sagittariis~~. Ratio, quia bonum commune ho-  
noris Divini, Religionis et Reip. multo pluris  
estimandum quam privatam vitam propriam.

Tit. XV.

## De Sagittariis.

In hoc tit. sub poena anathematis seu Excom-  
municationis prohibet Pontifex, ne illi, qui in  
ejaculandis sive mittendis sagittis periti sunt, hanc  
artem contra Christianos exercent; quo constitutio  
est antiquitq. lata, ubi frequens usus Sagittarum  
fuit: quare hodie idem dicendum erit de illis,  
qui tormenta, et alias machinas bellicas contra  
Christianos instruunt. Adversus tamen Joan. Honor.  
ad hunc tit. quod haec constitutio intelligenda  
sit, si bellum ex parte illorum, quibus tales sagi-  
tarij vel jaculatores serviunt, iniquum sit. Item  
Gloss. et Barb. in c. un. h. b. excommunicationem  
hic statuta non esse lata sed ferenda senten-  
tia: quod forsitan procedit si bellum inter Christianos  
geratur, si autem bellum sit inter infideles et  
Christianos, tunc Christiani, qui infidelibus deserviunt,  
excommunicatione reservata, aliasq. penas in-  
currunt, de quibus in c. 6. et c. ~~quod dicitur~~ iz  
de judaïs. Et in Extravag. un. Joannis 22.  
et 1. inter communes eod. tit. de  
Judaïs.



319

# Tit. XVI.

## De Adulterio & Stupro.

Licet hac rubrica duas solum habeat partes  
de adulterio unam, alteram de stupro, solent  
tamen A.A. hic etiam tractare de alijs delictis  
carnis, de quibz et nos §. 3. 4 et 5.

### § I.

#### De Adulterio.

Q. 1. quid sit adulterium? R. est voluntaria  
violatio alieni thori; adeoque committitur saltem  
de jure canonico sive conjugato cum nupta, sive  
cum soluta peccet, quia utroque modo fides conjuga-  
lis laeditur. \* Licet utique gravius peccet, et veluti  
duplex adulterium committat, qui cum conjugata, quam  
qui cum soluta congregatur.

Q. 2. ad quid obligetur adulter? R. tenetur in  
conscientia, si ex asserptione adultera, aliisque indi-  
cijs sibi persuadere possit, prolem ex se genitam  
esse, ad restitutionem faciendam marito, qui cum  
se patre credidit, prolem adulterinam alimentavit,  
vel dotavit: et deinde etiam compensare debet  
damnum reliquis liberis legitimis, qui propter successi-  
onem spurii laesi sunt; quia adulter vera causa  
huius laesionis est, et consequenter sicut quilibet  
alius, qui alterum contra justitiam laesit in bonis,  
ad restitutionem merito tenetur. Sed et ipsa  
mater adultera tanquam simultanea causa dictae  
laesionis obligatur, ut vel prolem adulteram



manifestet marito aut alijs liberis, vel aliam compen-  
sationem de proprijs bonis ipsdem faciat.

- 5 Excusat tamen ab hac obligatione et restitutione 1.  
inopia adulteri vel adultera et defectu medij ad com-  
pensandu. c. na is nulla. G. ff. de Dolo malo. 2.  
Si sciat adulter matu ab adultera compensatu, vel  
certe compensandu. 3. Si crimen sit occultu et  
compensatio tacita vel expressa, vel manifestatio  
adulterij fieri non possit sine magno periculo vitæ  
vel fame. Text. et DD. in c. officij. g. de penitent.  
et remissionibz. 4. Si adultera revelando  
nihil proficeret, utpote fidem non habitura omni  
probatione destituta, cum filij non teneatur cre-  
dere, nec jura presumant, esse adulterinu; quavis  
mater adulterium comiserit, nisi alia apertiora  
indicia concurrant c. per tuas. 10. de Probat. c.  
filij. G. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris.  
c. miles. 11. §. 10. ff. ad l. Jul. de Adulterijs.  
5. Si adulter vel adultera verè dubitent, an  
partz ex adulterio, an verò ex marito conceptz  
sit, valde probabile est tale dubiu à resti-  
tutione excusare, quia in dubio debent esse  
proniores ad absolvendum quàm condemnandum  
et obligandum c. Ariang. 47. ff. de Oblig. et action.  
et quia ~~ipsi adulteri hactenq fuerunt liberi ab obli-~~  
~~gatione, et sic in possessione libertatis, in dubio~~  
q. sua libertate ab obligatione melior est  
concessatur conditio possidentis. c. in pari.  
128. ff. de R. J. Vid. de hac restitutionis libertate  
obligatione Leß. lib. 2. c. 10. dub. 6. et 7.



Covar. in relect. c. peccatu De R. J. in C. part. i. n. 8.

§. 3. Quo fit poena criminalis Statuta adulterio. 6

§. De jure civ. est poena gladij, hodie tamen poena est arbitraria, et consistit in multa pecuniaria, fustigationis, carceris, relegationis p. \* gravius tamen puniendum est illud adulterium quod sub specie matrimonij committitur, et polygamia dicitur, quia per ea etiam sacramenta matrimonij magna irreverentia irrogatur. De poenis civilibus diximus l. IV. tit. 19. 7

Porro de jure Canonico poena criminalis adulterantis laici erat excommunicatio c. 6. h. t. hodie tamen relinquuntur laici adulterantes curis seculari. \* Poena vero clericorum, licet fuerit totalis depositio, hodie tamen maxime pro primo adulterio non statim deponuntur, sed ad tempus ab officio suspendi, et incarcerari solent. 8 9

## § II.

### De Stupro.

Stuprum est defloratio Virginis illicita Can. 2. 10

Caus. 36. q. 1. Poena de jure Can. huius delicti habetur c. 1. h. t. ubi dicitur, quod qui seduxit virginem eamque oppressit, debeat eam dotare, et uxorem habere. Ubi nota quod et si et sumi debeat disjunctive juxta c. 2. h. t. ut sit sensus, quod eam dotare, vel ei nubere teneatur. 11

Nec refert quod lege Divina 12



Exodi 22. idem copulative fit constitutum; nam leges ju-  
diciales divinae ut l. i. §. 2. diuinae per adventum Christi  
13 expirarunt. Porro in Clerico pena stupri est arbit-  
traria scilicet suspensionis, depositionis &c. pro qualitate  
circumstantiarum. Farinac. de delictis carnis §. 16.  
q. 167. n. 63.

24 Q. quid sit casus, ubi ~~in~~ stuprator ~~debet~~ nec  
puella dolere, nec ei rubere teneatur? Q. 1. si  
in probaverit quod puella prius ab alio fuerit deflor-  
rata; in dubio tamen praesumitur virgo. arg. l. 51.

19 ff. pro socio. At hac praesumptio eliditur si  
alias foemina sit vilis, vel minus honeste vita,  
ac solita affectare impudicos amores. 2. si  
puella libere in violatione sui consensit. 3. si  
etiam vi aut fraude violata, atque facile ac  
prius rubere potest, utpote, quia stuprum  
est occultum. Leg. l. 2. c. 10. dub. 2.

18 Ceterum de jure civ. acrig punitur stuprum violentum  
quod illud, quod importunis suasionibus vel metu est  
extortum. hinc Carolus V. in Constit. poenali a. 119.  
statuit poenam capitalem, in eos laicos, qui virgine  
vel etiam quamcumque foemina honesta vi oppresserint.

### § III.

## De fornicatione et concubinato.

17 Fornicatio sive tale sumatur pro omni illicito  
concupitu, sive strictè pro concubitu soluti cum  
soluta jam deflorata jure Divino vetita est.



314  
vid. apost. ad Gal. 5. v. 19. ad cor. 1. c. 6. v. 15.

ad Ephes. c. 5. v. 2. toleratur tamen in quibusdam  
locis, seu potius dissimulatur eius poena, ut evitentur gra-  
viora delicta, puta adulteria et similia.

Pœna huius delicti est arbitraria, et <sup>per</sup> consuetudine 14  
locorum desumenda. Præterea tenetur fornicator  
nata alere prolem c. 9. et ibi D.D. de eo qui  
duxit; nisi aliam monstrare possit Patrem. quando  
verò plures commercium cum femina habuerunt, et  
ignoratur, quis genitæ proles pater sit, recurritur  
ad tempus partus, et credi potest juramento mulieris.

Porro concubinatus proprie dicitur, si quis femina 19  
soluta domi loco uxoris detineat. l. ii. c. de natur.  
lib. In ordine tamen ad pœnam promerendam concu-  
binatus rectè dici potest, si quis cum certa aliqua  
femina sive soluta sive maritata, sive intra,  
sive extra domum assidua libidine exercet. 20

Pœna concubinariorum habetur in Trid. sess. 24.  
de ref. matrim. c. 8. ubi statuit, concubenarios,  
si postquam ab ordinario sermone ea de re fuerint,  
et concubinas non eiecerint, sed ab earum consuetudine  
non sejunxerint, excommunicandos esse, nec absol-  
vendos, donec re ipsa admonitioni facta paruerint.

Circa ipsas quoque concubinas et mulieres sive conju- 21  
gata sive soluta sint, constituit concil. d. l. ut  
ab ordinarijs locorum ex officio graviter pro modo  
culpa puniantur, et extra oppidum vel diocesim, si  
id ipsum ordinarijs videbitur: invocato etiam, si  
opus fuerit, brachio seculari, eiciantur; et huic



constitutioni concilij et prohibitioni concubinatij  
etiam in foro seculari parendum est. quia leges  
civiles in materia peccati correctionem à ff.  
Canonibz accipiunt. arg. c. ult. ubi DD. de prescrip.

22 Dices. c. 4 et 5 d. 34. dicitur, Christianis aut uxore  
aut concubina habere licet. R. nomine concubina  
hic non intelligi scortum, sed revera uxorem sine fa-  
men dotalibz instrumentis, vel alijs solemnitatibz.  
Ceterum de concubinato clericorum diximus l. 3. §. 2.

#### § IV.

De sodomia, incestu et alijs delictis  
contra naturam.

23 Delicta carnis contra naturam duplicem malitiam specie  
in se continent, ac dividuntur in 3 species scilicet  
in sodomiam, bestialitatem et molitiam, in quibz  
scilicet libido aliter peragitur, quam recte natura ordo ad  
procreationem liberorum instituit. De his plura vide-  
antur Theologi morales. Circa poenam tamen  
horum delictorum

24 Nota, quod poena sodomie ex jure Can. sit, ut  
Lajci excommunicentur, Ecclesiastici vero beneficijs  
priventur, et deponantur. c. ut clericorum 13. de  
vita et honestate cler. c. Clerici. 4. de excessibz  
Prelator. Imo hodie ex constitutione Pij V.  
edita anno 1568. Ecclesiastici tam diu nefas  
exercentes omni privilegio clericali, omniqz be-  
neficio, dignitate et officio Ecclesiastico authorita-  
te eisdem constitutionis privantur, ita ut per judicium



Ecclesiasticum degradati potestati seculari statim  
tradantur, quo de ijs idem capias supplicium, quod  
in laicos huic vitio intricatos legitimis reperitur  
sanctionibus constitutum. De qua Bulla eiusque  
ulteriori interpretatione videri poterit Quaranta  
in summa Bull. verbo, sodomia. Et Ricciq cit. loco.

De iure civ. et in foro seculari olim huius 25  
criminis poena erat gladius l. ad vir. nubit. 31. Cod.  
ad l. Jul. de adult. 5. Item lex Julia 4. institut.  
de publicis iudic. Ex constitutionibus vero poenali-  
bus Caroli V. a. 116. huius sceleris rei igne comburuntur  
interdum tamen est ex comuni DD. sen-  
tentia, quod ista poena locum tantum habeant in  
bestialitate et sodomia proprie dicta, mollities  
autem poenam aliquam extraordinariam iuxta quali-  
tatem et frequentiam delicti pro arbitrio iudicis  
puniatur, teste Farin. J. l. n. 3. et Ricc. l. cit.  
resol. 63.

Quod ad incestum attinet, iste est concubitus inter 26  
personas consanguineas, vel affines in eo gradu,  
in quo vi juris Divini vel humani vetantur inter  
se contrahere matrimonium, uti sunt tam consanguini  
linea recta et obliqua, quam affines usque  
ad 4. gradum inclusive. \* Quia vero affinitas 27  
ortu habens ex copula illicita post Trid. sess.  
24. de ref. mat. c. 4. non dirimit matrimonium,  
ideo in ulteriori gradu habita copula cum affine  
tali non reputatur amplius pro incestu.



28 Ex his colliges, quod ab eis, inter quos solum est cognatio legalis vel spiritualis, proprie incestus comitti nequeat, ut proinde isti libidine inter se exercentes mitiori poena sint puniendi.

29 Porro poena incestus de jure can. est, ut laici incestuosus excommunicetur, Clerici vero deponatur. Abb. et DD. in c. 4. §. fin. de judic. De jure autem civili poena est eadem, qua adulteri c. ii. §. i. l. 38. ff. ad l. Jul. de adult. hodie tamen est arbitraria.

30 Ceterum si incestus conjunctus sit cum matrimonio, ut si quis cum consanguinea vel affine in gradu prohibito contraxerit, tunc de jure Civ. si persona vilis sit, verberata in exilium mittitur, bonis etiam eius confiscatis, nisi liberi extant, qui fisco preferuntur: si altioris conditionis fuerit, infamis redditur, et bonis quoque non extantibus liberis confiscatis, in insulam relegatur. Auth. facestas.

7 de Matrim. pr. c. i

C. de incestis nuptiis. Covar. d. d. 8. n. 5. De jure can. incestuosas nuptias contrahentes, insuper ipso facto excommunicatione incurrunt, Clem. un. de consanguin. et affinit. à qua tamen excommunicatione juxta frequentiora DD. sententia excusantur, qui cum impedimento publicae honestatis, cognationis legalis vel spiritualis matrimonia contrahunt: quia Clement. tantum loquitur de illis, qui cum consanguineis vel affinis contrahunt: in penatibus vero non debet fieri extensio juxta vulgatas juris regulas.



§ V.

De Rapto et Sacrilegio.

Quid sit raptus, et qua eius poena diximus 31  
C. 4. Tit. 16. n. 6. et 7. solum quoad poenam  
nota, quod consuetudo locorum, sicut et in alijs  
vitijs puniendis attendenda sit.

Ceterum nomine sacrilegi intelligimus rei sacro 32  
indigna tractatione; hic autem sumitur pro  
specie luxuria, qua violatur corpus per se  
Deo consecrata per votu continentia perpetuo.

Poena sacrilegi, quo quis corrumpit monialem 33  
est capitalis seu mortis de jure Civ. l. 5. C. de  
Episc. et Cler. Nov. 125. c. 45. De jure Can.  
Lajcus excommunicatur, Clericus autem ab ordine  
depositus et beneficio privatiq in Monasterium  
destruditur ad agendam poenitentia. Can. 6. et 28.

Caus. 27. q. 1. Monialis autem se violari passu  
in archiepiscopatu monasterium destrudi, aut perpetuo  
carceri mancipari debet. Can. 11. 25. 28. 30.

Caus. et q. cit. Dixi Monialem, nam qui alia 34  
voto simplici castitatis ligata violat, et si  
clericus in sacris vel in Religione constitutusq  
sit, determinata in jure poena non habet, nec  
pro sacrilego habetur in foro externo, licet revera  
sit, sed tantum pro fornicatore. Clarus l. 5.  
& fornicatio n. 8. Farin. Menoch.



## Tit. XVII.

### De Raptoribus, Incendiariis et Violatoribus Ecclesiarum.

1. Raptus alius est personarum maximè mulierum de quo supra jam diximus et alius rerum, propriè rapina dicitur, de qua hinc. Itaque

2. Rapina est ablatio injusta rei alienae mobilis vi facta. Dicitur vi facta, per quod differt à furto, hoc enim clam et sine vi aperta fieri solet.

3. Porro ex hac rapina agitur vel civiliter vel criminaliter. Civiliter petitur rei ablatæ restitutio unâ cum refectione lucris cessantis et damni emergentis, et insuper triplo pœna ipsi actori applicanda, i. e. tantum pecunie, quanti valet res ablata triplo aestimata, prout hæc de re prolixè agunt Interpretes in Tit. Inst. de vi bonorum raptorum.

4. Criminaliter agitur contra raptores ad pœnas fisco inferendas, vel si quod frequentis est, cum raptores ob inopiam rari possint pecuniam prestare et ad pœnam corpori infligendam; ita qui cum armis et tumultu aliena invaserit, et depredatus fuerit, capite puniri jubetur in l. ii. ff. ad l. Jul. de vi publica.

5. At ex Constitut. Caroli V. a. 126. grassatores et predones, quamvis atrocium seu homicidium non commiserint, similiter morte afficiuntur. De jure Can. raptores excommunicantur ab Episcopo



illius loci, ubi rapina fecerint, quamvis ipsi  
 aliena Diocesis sint, nec absolventur, donec  
 satisfaciant competenter; eademq; excommunicatio  
 proprio eorum Episcopo significanda est, ne eos  
 recipiat ante plenariam satisfactionem c. i. h. d. Spe-  
 cialiter vero excommunicatione reservata ex Bulla  
 Caro Domini Cap. 4. et 5. ipso facto incurrunt  
 pirata et omnes illi, qui navigantes in Mari  
 Atlantico depredantur, vel naufragorum bona capiunt,  
 de quibus etiam agit Navar. in Manuali. c. 27. n. 59.

L. Incendiarij qui dicantur et qua eorum poena? §. 1. 6  
 Proprie dicti incendiarij sunt, qui dolo, et dedita opera  
 sive scientes prudentes appposito igne urbes, domos, praedia,  
 aedificia, aliave bona aliena per se vel per alios accen-  
 dunt, aut ad hoc mandatu, auxilium, consiliu praestant

§. 2. De jure Civ. ex Constit. Carol. poen. a. 125. in  
 incendiarios poena ignis est statuta §. 1. incendium  
 non quidem dolo, sed culpa factu sit, pro modo  
 culpa poena erit arbitraria. Locum tamen habet  
 actio civilis ad recuperanda damna §. d. just. ff.

C. ad l. aquil. et c. fin. de injurijs. De jure 8  
 autem Canonico incendiarij tales excommunicandi sunt  
 et privandi sepultura Ecclesiastica, nisi ante morte  
 poenituerint, et facto pro modo facultatu damni  
 reparatione absoluti fuerint c. 5. h. d. obligatio  
 satisfaciendi etiam transit ad heredes pro viribus  
 hereditarijs c. 5. cit. per quod Cap. jus civile statuens  
 ex delicto defuncti non teneri heredem, correctu est.

7  
 Nihilominus in dignitate  
 persone, aut parvitate dam-  
 ni minuitur haec poena. Item



9 Porro violatores Ecclesiarum huius dicuntur, qui Eccle-  
sias aliasque loca sacra et religiosa violenter effrin-  
gunt, et spoliant. Sic auerentur illi fures  
sacrilegi, qui citra effractionem vel rem sacram  
de loco sacro vel rem non sacram de loco sacro  
auferunt. Vid. Can. 21. de Sacrilegiis. Cap. 17. q. 4.

10 Hoderno jure iuxta Ord. Carol. art. 172. et leg.  
qui Hierotheca §. In Monstranz: cum hostia conse-  
crata abstulerit, etiamsi sine effractione facta,  
jubetur comburi viuis: qui aliud vas sacrum argen-  
teum cum vel sine reliquiis, calicem, patenam, alio  
modis genere plechendus est; De jure Canon.  
autem excommunicatione ipso facto et privatione  
sepultura, nisi satisfiat, c. 22. de sent. excomm.  
c. fin. de furt. c. 16. de for. Compet.

11 Eadem excommunicatione reservata incurrunt nec  
absolvantur, nisi post integram restitutionem,  
qui jura, fructus, quascunque obventiones ecclesiasti-  
corum beneficiorum, vel regularium, vel piorum loco-  
rum quovis quavis colore vel modo sibi usurpaverint.  
Frio. Hess. 22. De heres. c. 11.

## Tit. XVIII.

### De Furtis.

Nota 1. Furtum est contrectatio dolosa seu  
acceptio rei aliena, vel usus ipsius, aut possessio-  
nis tueri faciendi gratia c. 1. ff. h. l. Dicitur  
dolosa quia clam fit. Dicitur tueri gratia,  
unde qui rem alterius destruit, non est fur censendus.



nec proinde subjacet poenis furti. Dicitur usus  
aut possessionis, ut si quis rem alicui locata com-  
modata, deposita clam auferat.

Not. 2. furtum jure Div. et nat. illicitum esse 2  
docemur ex preceptis Decalogi, unico casu extre-  
mae necessitatis excepto, ubi scilicet vel fame vel  
alio incommodo aliis pereundum esset. Ratio, quia in  
tali casu omnia sunt communia. ad

Dubitatur, an ad restitutionem teneatur, qui in ex- 3  
trema necessitate constitutus furtum fecit, si ad pin-  
quiorē sortem deveniat. Negant multi, quia, in-  
quunt, rem jure acquisitam nemo restituere videtur;  
affirmativa tamen videtur verior, quia in necessitate  
quidem omnia sunt communia, sed tantum juxta recte  
rationis moderamen, quae recta ratio in eo consistit, ut  
alteri necessitas sublevetur, et Domino si fieri potest  
nullum damnum inferatur. quod evenit si res aliena  
non simpliciter tanquam propria, sed sub ratione mutui  
accipiat, et suo tempore habitis facultatibus restituatur.

Q. an et quae poena in furtum sint statuta? R. 1. 4  
de jure Civ. pro furto simplici olim tantum actio ci-  
vilis dabatur, ita tamen ut ex furto manifesto in  
quadruplum, ex non manifesto in duplum fur con-  
demnaretur. §. 13. et 5. Inst. quae de oblig. quo  
ex del. Hanc etiam actionem civilem permisit  
Carolus V. in furtis minoribus infra 5. solidos seu  
ducatos Ungaricos saltem circa personas honestioris  
conditionis, cui quibus spes emendationis esse potest  
Const. Carol. a. 157. R. 2. Hodie tamen



in furtis majoribus capitale supplicium statutum est  
ita quidem, ut si furtum fuerit male qualificatum  
Vg. si fur armis se accinxerit, alias ades conscen-  
derit, vel effregerit, vel certe furtum in notabili  
quantitate tertio iteratum sit, viri laqueo suspen-  
dantur, feminae vero juxta loci cuiusque consuetudinem  
alio mortis genere afficiantur, habita tamen confi-  
deratione aetatis et imprudentiae delinquentis.

Si vero furtum profusum simplex sine armis vel effracti-  
one aut ascensione exhiberit et prima tantum vel  
altera ad summum vice iteratum, mitior quam mortis  
poena, scilicet fustigationis vel relegationis infli-  
gitur: si tamen primum etiam furtum contigerit  
circa valde magnam quantitatem cum magno alterius  
damno, tunc poena exasperari et juxta arbitrium  
judicis ad prudentium virorum etiam nonnunquam ad  
poenam mortis procedi poterit, prout haec omnia de-  
ductis traduntur in ipso textu Constitutionis Ca-  
rolinae d. a. 1577. et leg. §. 13. De

jure Can. non habetur pro furto circa laicos spe-  
cialis poena constituta, erit proinde arbitraria.  
Clerici vero propter furtum in notabili quantitate  
et maxime saepius iteratum vel male qualifica-  
tum imprimis fiunt irregulares, ut ad ordines  
promoveri non possint propter infamiam, qua ex  
tali delicto contrahunt. Syr. de Censur. lib. 7. c. 10.  
n. 8. Deinde poena furti notabilis aut iterati  
in clerico est depositio verbalis, c. 12. d. 81. c.  
10. de jud.; Sed de hac vid. inf. 4. 37. n. 11.



314

Tit. XIX.  
De Usuris.

§ I.

Quid sit usura & an sit illicita.

Usura dupliciter sumi potest pro re scilicet et pro contra-  
ctu. primo modo sumpta est lucrum immediate ex mutuo  
proveniens. 2<sup>do</sup> modo sumpta est mutatio expressa  
vel implicita cu pacto accipiendi supra sortem pra-  
cise ratione mutui. Unde vides 1<sup>mo</sup> quod non sit  
usura, si non interveniat mutuum. 2<sup>do</sup> si aliquid  
accipitur: non tamen exigatur: supra sortem ex sola  
gratitudine ac liberalitate, item ratione lucri cessan-  
tis aliove simili titulo, de quibus & Leg. 3<sup>o</sup>  
si id quod accipitur non sit juste pretio aestimabile  
utpote alio titulo debitum: hinc qui daret mutuum  
ut amicitia mutuatarij consequeretur, vel ab illius  
injusta vexatione liberaretur, aut eidem deposito  
redderetur, non committeret usura.

Dividitur usura in externa seu reale et interna  
seu mentalem. Mentalis est, quando quis dat  
mutuum sine ubo quidem pacto de lucro, sed tamen  
cu spe ac intentione lucri recipiendi immediate  
ex mutuo. Realis est quando apponitur  
pactu de lucro precise ratione mutui. Hac  
subdividitur in formalem seu aperta quae scilicet fit  
quando tale pactu intervenit expressis verbis.  
et in occulta seu palliata quae tantu obscure <sup>7 virtualiter</sup> aut  
praebentur.

Palliatur autem dupliciter 1<sup>mo</sup> per verba virtualiter 3







320

Dices 3. Apud Evangelistas reprehenditur ferrug  
piger quod pecunia Domini non dederit nummularijs  
ad illam Domini veniens cum usuris exigeret; ergo.  
S. cum S. Thoma, usuram ibi accipi mystice pro  
honore spirituatium auctario.

## § II.

De Titulis, quibus ultra sortem aliquid  
accipi potest.

Primus Titulus est damnum emergens quod scilicet  
afferit iacturam eorum, quae possidentur.

2<sup>us</sup> Titulus est lucrum cessans, quod iacturam  
afferit eorum, quae haberi possunt sed nondum habentur  
ut Vg. posses equum infimo pretio emere et  
postea summo vendere, sed defectu pecuniae mu-  
tuatae non potes, habes lucrum cessans. Contra  
tua mobilia cogaris vili pretio vendere defectu  
pecuniae mutuatae, ut tuis creditoribus satis-  
facias, pateris damnum emergens. Ex hoc igitur  
duplici titulo licitum est aliquid supra summa  
capitale accipere, ut docent communissime.

Ratio est, quia eo casu non accipitur aliquid  
supra sortem praecise ratione mutui sed ratione  
damni, vel lucri cessantis pretio aestimabilis,  
quod mutuator nullo titulo gratis subire tenetur.

Ceterum circa hos duos titulos quadam requiruntur  
conditiones. 1<sup>ma</sup> est, quod mutuum datum sit



vera causa damni emergentis aut lucri cessantis;  
Unde si pecunia v.g. mutuo dato <sup>non</sup> maxime essent  
destinata ad negociandum, aut alio superfluo haberentur,  
nihil exigere poteris, ut volunt plerique.

2<sup>da</sup> conditio est ut seruetur aequalitas.

3<sup>ta</sup> ut compensatio lucri cessantis non solvatur  
statim à mutuatario; alioquin summa Capitalis  
statim diminueretur.

10 3<sup>ta</sup> hinc titulus est obligatio seu onus susceptum  
mutuandi in posterum quoties volueris.

4<sup>us</sup> titulus est pactum assecurationis, quando nimirum  
mutuans pecunia v.g. mercatori ad nundinas sus-  
cipit in se periculum pecuniae. Ratio utriusque est  
quia tam onus quam pactum illud nulli gratis debetur,  
suntque pretio aestimabilia et omnino distincta  
à mutuo ipso.

11 5<sup>us</sup> titulus est poena conventionalis à mutuatario  
solvenda, nisi ad terminum praefixum mutuum  
restituatur. Ratio, quia in omni contractu iuste  
ponitur eiusmodi poena parti resilienti, cur ergo  
non etiam in mutuo? sed cave, ne ponas poenam  
ad pallianda usura; unde ut sit iusta 1<sup>o</sup> debet  
abesse omnis fraus. 2<sup>o</sup> debitor debet esse in mora  
culpabili. 3<sup>o</sup> poena debet esse moderata. 4<sup>o</sup> mora  
debet esse notabilis.

12 6<sup>us</sup> titulus est periculum amittendi capitale, vel  
magna incommoda, labores, expensa difficultates q.



quo in recuperando capitali prudenter timentur.  
 Ita S. Thomas Opusc. 73 De usura Cap. 10.  
 et comunig DD. contra Covar. solum Tolet.  
 et multos alios insignes Doctores. Ratio est  
 eadem, quo prius, quia in eo casu non accipitur  
 aliquid supra sortem precise ratione mutui,  
 sed ratione periculi amittendi sortem, item  
 ratione expensarum difficultatum q. subeundarum,  
 quo sane sunt pretio aestimabiles distincta  
 ab ipsa natura mutui.

Dices. Gregorius XI c. naviganti de usuris  
 dicit: Naviganti vel eunti ad nundinas certa  
 mutuans pecunia quantitate pro eo, quod sus-  
 cipit in se periculum; recepturq; aliquid ultra  
 sorte usurarij censendq; est; qd.

13

It. cu Layman omisis multis ac varijs Doctorum  
 responsionib; in hoc textu omisa esse parti-  
 culam non; id enim clare colligitur ex  
 contextu sequenti, quod sic habet: ille quoq;  
 qui dat decem solidos ut alio tempore solidum  
 sibi grani vini vel olei mensura reddantur, quo-  
 licet tunc plus valeant, ut utruq; vel  
 ming solutionis tempore fuerint valiturae vel  
 similiter dubitatur, non debet ex hoc usurarij re-  
 putari. Nota haec verba ille quoq; non; ergo  
 neq; mutuans naviganti, usurarij censendq; est,  
 alioquin nulla esset connexio.



14 Porro pro pleniori horum intellectu juvabit notitia habere quarundam propositionum damnatarum.  
1.<sup>a</sup> Licet est mutuantis aliquid supra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus. 2.<sup>a</sup> cum numerata pecunia sit pretiosior numeranda, et nulli sit, qui non majoris faciat pecuniam presentem, quam futuram, potest creditor ultra sortem aliquid à mutuatario exigere, et eò titulo ab usura excusari. 3.<sup>a</sup> usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia et gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum. Prima ex his est damnata ab Alexandro VIII. dua vero alia ab Innocentio XI.

### § III.

15 Resolvuntur quaedam quaestiones circa usuras.  
Q. 1. Utrum usura committatur, qui rem caris vendit propterea, quod pretium non statim numeretur. R. licet in foro externo talis non reputetur usurarius quia aliquid non accipit vi mutui; in foro tamen interno ab usura vix excusari potest, eo quod haec venditio saltem implicite in se mutuum contineat, excipere tamen nisi subesse aliquis ex supra recensitis titulis.



Q. 2. An usurarius vel illicitus sit contractus, si  
 quis aliena debita, nomina i.e. credita seu chyrogra-  
 pha liquida emat pro minori quantitate, quam in se  
 contineat v.g. si pro debito 1000 flor. numeret 600.  
 R. Non esse usurarium sed tamen illicitum, si quis  
 huiusmodi debita minoris emeret, ubi ipsi nulla  
 difficultas exactionis, nullum periculum, nullum lucrum  
 cessans aut damnum emergens interveniret. Less. Lugo  
 Sylv. Ratio, quia inter pretium et mercem debet  
 esse equalitas, non est autem equalitas si pro  
 1000 dantur 600. Si tamen debita sine molestiis  
 sumptibus, periculo &c. acquiri non possent, omnes con-  
 sentiant, quod arbitrio boni viri consideratis  
 molestiis, periculo &c. longe minoris emi possit.

Q. 3. An liceat ab usurario petere mutuum et  
 accipere sub usuris? R. extra necessitatem  
 aut gravem utilitatem id licitum non esse; quia  
 per se loquendo nullus alteri debet praebere  
 occasionem ruinae spiritualis; ad si fiat ex neces-  
 sitate et utilitate notabili, communis est Doctorum  
 sententia id licitum esse; quia nullus tenetur  
 cum gravi suo incommodo malitiam alterius impedire.

Q. 4. An usurarius acquirat dominium usurae? R.  
 aff. Ita S. Thomas opusc. 73. c. 4. Scotus, Navarrus  
 Lugo p. contra Lessium, Molina Layman p.  
 Ratio est, quia ad transferendum dominium requiritur



et sufficit voluntas libera transferentis acceptata ab altero, non obstante aliquo involuntario mixto, Unde ait S. Th. si quis pro usura equum accepisset non teneretur ad restitutionem equi, sed tantum ad eius pretium.

Neg. dicas, deesse titulum sine quo dominia rerum non transferuntur; nam ipsa datio mutuatarii simpliciter voluntaria est sufficiens titulus, licet mixta sit involuntario secundum quid.

19 Q. 5. <sup>to</sup> Ut evidetur usura, an mutuum restituatur debeat secundum bonitatem seu valorem, quem habebat tempore traditionis, vel quem habet tempore restitutionis?

Q. 1. si res mutuata sit pecunia tunc restituenda est tanti valoris, quanti fuit tempore traditionis seu mutuationis, nisi aliter inter contrahentes conventum sit. Ratio, quia in contractibus circa pecuniam per se principaliter à contrahentibus intenditur eius valor extrinsecus. Unde si mutuo accepisti 100 aureos usura comitis si etiam tantum 100 aureos restituere velis, posito quod hi tempore restitutionis minus valeant, quam valebant tempore traditionis quare ad evitandam usuram debes supplere defectum.

Q. 2. si res mutuo accepta sit quid distinctum à pecunia, tunc in eius restitutione spectari debet eius bonitas intrinseca, ita scilicet ut tantumdem in quantitate ac simile in qualitate reddatur, prout



tempore traditionis extitit sive ja estimatio seu  
 valor extrinsecus à tempore accepti mutui creverit  
 vel decreverit. Ita Jopper et alij. Ratio, quia  
 in contractibus circa res à pecunia distinctas boni-  
 tas intrinseca per se terminat intentionem contra-  
 hentium. Unde si mutuo accepisti scapta britici  
 v.g. quando valebat 6 florenis, eiusque valor postea  
 creverit ad 12 florenos, comittis usura si tantum  
 mediam scapta similis britici huiusmodi valentem  
 6 florenis vis restituere sed tenoris reddere  
 integram scapta, esto ja valeat 12 florenis.

#### § IV.

De Censu, seu contra censuali, et  
 an sit usurarius?

Nota 1. Censu hoc loco accipi pro jure percipi- 19  
 endi annua pensione ex re vel persona alterius  
 frugifera. ex quo patet, quod census in nostro  
 proposito non sit ipsa pensio solvenda, sed ius  
 exigendi aut percipiendi hanc pensionem; ille  
 autem qui tali jure potitur, dicitur censuista,  
 qui vero solvere pensionem debet censuarius vocatur.

Nota 2. Censu dividi 1. in reale et personale. 20  
 realis est, qui fundatur super certa re, seu est  
 ius percipiendi pensionem ex re alterius frugifera, ut  
 v.g. vinea, agro &c. et hic comitatur ipsa re, ad  
 quemcumque possessorem devenierit. personalis est,



qui fundatur Super certa persona, vel potius Super  
eius industria, unde dicitur, quod sit jus percipiendi  
pensione ex alterius persona industria, arte &c.

21 Dividitur 2<sup>do</sup> census in fructuariu, quo fructus,  
et pecuniariu, quo pecunia percipitur. 3<sup>tio</sup> in  
temporalem et perpetuum, temporalis est qui ad  
certu tempus constituitur; perpetuus dicitur, quo  
pensio stante contractu ceterisque salvo semper  
solvenda est.

Hic subdividitur in redimibilem et irredimibilem.  
Irredimibilis est, qui ex neutra parte revocari  
potest, et hic census est omnium iustissimus.  
Redimibilis dicitur ille, qui vel ex una parte  
tantu vel ex utraque parte revocari aut redimi  
potest. his ita notatis

22 Dico 1. licitus est census realis ac perpetuus non  
tantu irredimibilis sed etiam redimibilis salte ex  
parte venditoris. Ita comunis Doctoru sententia  
ac declaratu est in Bulla Pij V. edita  
An. 1568. Ratio, quia contractus censualis  
est vera emptio et venditio, qua censuista  
iusto pretio emit veru jus ad pensiones annuas  
ex re censuali percipiendas, quod jus potest gra-  
tis donari, ergo etiam iusto pretio estimari et  
emi.

23 Dices. est usura dare 100 in presenti pro recipi-  
endis in futuru 100 et 5. atqui hoc sit in cen-  
su go &c.



R. Neg. min. quia in censu non datur pecunia  
profers pro pecunia in futurum, ut fit in mu-  
tuo, sed emitur verum jus ad pensiones.

Salte. idem est emere jus ad pensiones, et emere 24  
ipfas pensiones; ergo C.

R. n. ant. quia jus  
ad rem non est ipsa res, valde enim differunt  
habere jus ad pecuniam et habere pecuniam, ut  
patet quando jus est litigiosum. †

† ceterum qualiter & pro 100  
ex mutuo accipi solita ex-  
cusantur à peccato, melius  
exponitur in jurisprudentia  
nostra Canz. civili contr. 36.

Dixi salte ex parte venditoris, nam disceptatur 25

an etiam ex parte emptoris census sit redimibilis  
i.e. an censuarius possit cogi ab emptore seu  
censuista, ut post aliquot annorum pensiones so-  
lutas redimat censum. affirmant Medina, Lepius  
Layman &c. Ratio, quia alie emptiones licite  
fiunt cum pacto redimendi, et retrovendendi ad  
arbitrium utriusque, ut communiter docent DD.  
ergo etiam emptio census.

Negant Sotus, Covarruias alijsque multi cum  
Molina Tom. 2. Disput. 377. quia emptor eigno-  
di census v.g. pro 100. 5. annuos, nihil aliud agit  
quam quod debet mutuo 100 florenos restituendos  
ad arbitrium suum eo pacto, ut interim lucretur  
quod annis 5. quod usurarium est.

† inquirunt,

Dico 2.<sup>do</sup> Licita est etiam census personalis 26  
emptio etiam redimibilis salte ex parte venditoris.  
Ita communis contra Navarrum et alios  
non paucos.



Ratio est 1.<sup>o</sup> Ipse usus et consuetudo. 2.<sup>o</sup> quia  
intervenit vera emptio, quâ censuista emit jus  
percipiendi lucra ex persona censuarij ratione sua  
industria et operarum sufficienter frugifera ad  
fundandum tale jus. 3.<sup>o</sup> Principes possunt  
imponere personis tributa, cur ergo tale jus sibi  
ipsis subditi justo pretio imponere non possent.

27 Dices. Cuius V. in Bulla supra cit. prohibuit, ne  
deinceps constitueretur census super re mobili;  
ergo omnes census personales sunt illiciti.

R. hanc Bullam nec in germania nec in galia  
receptam esse; Ita Laym. sanctgallenses et alij.  
Ceterum de censu temporali proportionaliter tenen-  
dum est, ac de censu redimibili.

## § V.

Reliqua quasita de censibus resolvuntur.

28 Q. I. In quo differat contractus censualis à mutuo?

R. differre 1.<sup>o</sup> in ratione speciei; nam mutuum  
non est species emptionis, qualis tamen est  
contractus censualis. 2.<sup>o</sup> in eo, quod contractus  
censualis aliquid habere debeat, super quod jus  
percipiendi pensione fundatum sit; unde si fun-  
damenta pereant, puta quia domus combusta, vinea  
facta sterilis, persona reddita inhabilis ad lu-  
crandum, per se loquendo pereunt etiam annui cen-  
sus ac pretium eius. Contra contractus mutui nulla



tale requirit fundamentum; Unde eius obligatio  
scilicet: quoad solutionem semper manet.

Notanter dixi per se loquendo, nam per accidens 29  
aliter res se habet 1.<sup>mo</sup> in censu reali, si Vg.  
antecedentium ac consequentium annorum fertilitas  
huius anni sterilitate compenset. 2.<sup>do</sup> in utroque  
censu si contractui addatur pactum assecurationis  
quod venditor seu censuarig in se recipit periculum  
et obligationem etiam pereunte re censuali, vel  
luero ex industria persona sine eius culpa  
cessante pretium eius restituendi. Et hoc  
pactum licitum esse docent ff. Gallus. et alij,  
dummodo haec obligatio venditoris alio modo  
compensetur, vel minore censu exigendo, vel  
pretium census augendo; quia alijs contractibus  
tale pactum addi potest, ut in comodato, deposito,  
et patet ex praxi; ergo etiam contractui censuali.

Q. 2. Quomodo excusentur ab usura ignari et 30  
rudes homines, qui in suis contractibus nulla  
faciunt mentionem aut census aut lucri cessan-  
tis aut damni emergentis, sed solum de mutuo  
Germanice goldlohn, aushlohn; lo-  
quuntur cum obligatione recipiendi 5. pro 100.  
addita pro mutuo recuperando cautione fidejuf-  
sorum, hypotheca &c. ff. ff. tales



ning intelligant cur ultra sortem etiam suo  
arbitrio repetendam pensiones annuas recipere  
possint, eo ipso tamen ab usura excusari solent,  
quod aliorum proborum et Doctorum virorum exem-  
pla secuti meliori quo possunt modo procedere  
volunt.

31 L. 3. Quana pacto licite adiciantur contractui  
census? R. Sequentia 1.<sup>o</sup> Licite censui  
reali adicitur pactum commissorium, ut scilicet: si  
censuarig pensione non solvat intra certos annos  
res censui subjecta cadat in comissa, i.e. fiat illig  
qui emit censu. ad hoc autem 3. Conditiones  
requiruntur 1.<sup>o</sup> ut venditor in non solvendo  
sit culpabilis. 2.<sup>o</sup> ut pena sit proportionata  
culpe. 3.<sup>o</sup> ut pro onere talis pacti augeatur  
venditori pretium.

Licite 2.<sup>o</sup> additur etiam personali censui pactum  
rescissorium, ut scilicet: venditor, si intra certos  
annos non solverit pensione, teneatur emptori  
resciso contractu totum pretium restituere, neque  
ob hoc pactum opus est augeri pretium.

Licite 3.<sup>o</sup> additur pactum, ut non possit redimi  
per partes sed tantum totum simul. Tunc contra  
alios.

Licite 4.<sup>o</sup> additur pactum, ut non possit redimi  
nisi in eadem moneta, qua data est. modo



saltem vel certum sit, estimatione non eto  
non esse mutandam; vel saltem utriusq; sit  
par dubium, an sit minuenda vel augenda.

Utrumquod sit iustum pretium pro censibus?

32

R. In diversis provincijs esse diversum, alicubi  
enim emuntur & pro ~~cento~~ 100, alibi 7 usq; ad 10.  
et quidem citra injustitiam sed propter inopiam  
emptorum sed propter eorundem gravamina, incom-  
moda & quae sunt majora in uno quam in alio  
loco. Carolus autem V. in comitijs augustis  
seu recessibus Imperij 1548. pro Germania pretium  
census perpetui ex parte solig censuarij redimi-  
bilis praescripsit 100 pro 5. haec tamen consti-  
tutio contrarijs populi moribus tolli potest, atq;  
alia introduci, unde standum est consuetudini  
loci. Ex hakenq; dictis

Colliges, quanae potissimum conditiones ad liciti- 33  
tate contractus censualis requirantur: scilicet. 1.  
ut adsit iustum pretium. 2.<sup>do</sup> ut censuista rem  
designet, super qua census fundari possit. 3.<sup>do</sup>  
ut haec res tantumdem suppedicare apta sit, quantum  
pensio solvenda exigit. 4.<sup>to</sup> ut re pereunte per  
se loquendo, pereat et censu ac pretium eius. Con-  
ditiones jure positivo a Pio V. requisiti communiter  
usu recepto non sunt. de ijs vid. La Croix hic q.  
191. § 3.



## § VI.

Exponuntur varij contractus  
de quibus dubitatur an sint  
usurarij.

324

L. 1. Quid sint montes pietatis, et qua  
ratione ab usura defendantur? Q. 1. Montes  
pietatis dicuntur araria publicè constituta, ut  
ad ea indigentes quasi ad monte refugium ha-  
beant, ne magis ab alijs usurarijs opprimantur.  
Nam ex his ararijs sive montibz datur mutuum  
indigentibz eâ lege, ut pro mutuo pignus relin-  
quere cogantur, et intra certum tempus recepto  
pignore pecunia mutuata restituere, ac insuper  
exiguam aliquam adijcere: si autem intra tempus  
prescriptum debitum solutum non sit, pignus vendi  
possit, ut detractâ sorte, exiguoq; illo adjecto  
residuum de estimatione pignoris debitori resti-  
tuatur. Q. 2. Montes pietatis non  
sunt usurarij, quia quod in ijs ultra sortem datur  
fit solum pro sumptibz necessarijs ad montis con-  
servationem pro stipendio Ministrorum, qui montem  
administrent, et semper parati esse debent ad mu-  
tuandum, ad pignora recipienda, custodienda, pro  
libris rationum, ceterisque necessarijs.



L. 2. Quid dicendum de pacto antichryseos, Mo- 35  
 habra. R. 1. pactu antichreticu, quo creditor  
 rei frugifera Vg. predij pro mutuo sibi oppigno-  
 rati fructu lucratur, et sortem nihilominus recipit  
 integra, regulariter est usurariu. c. 1. et 2. h. d.  
 c. 6. de pignor. Excipitur casus in c. 1. de feud.  
 c. 16. h. d. et si alig titulu justus ad fuerit.

R. 2. Contractu Mohatra, quando quis vendit  
 rem magno pretio cu pacto, ut ipsi emens statim  
 reventas pro pretio minore, est illicitu et usura  
 palliata. Damna ab Innocentio XI. pro-  
 positio 40. sic habet: Contractu Mohatra licitu  
 est etiam respectu eisdem personae cu contractu  
 retrovenditionis praevis inito cu intentione lucri.

L. 3. quid sentiendum de Cambio, et olla for- 36  
 tuna? R. 1. licitu est cambiū, quod est  
 negotiatio seu contractu innominatu, in quo  
 pecunia pro pecunia permutatur cu moderato  
 lucro, sive dein sit reale s. quod est minutu  
 seu manuale dicitur s. du scil. pecunia unig  
 speciei Vg. flor. pro pecunia alterig speciei  
 Vg. pro ducatis permutatur; sive locale, s.  
 pecunia praesens, qua scil. est in hoc loco, per-  
 mutatur cu absente. Ratio quia lucru quod  
 pro eo accipitur varijs titulis iustu est.



Q. 2. Olla fortuna in Germania usitata nulla  
continet usura aut injustitia. Ratio, quia olla  
huius usus est, ut quot quis Domino illius seu  
eam exponenti numerat v.g. florenos, tot ex ea  
Schedas tollere possit, et quod in eis scriptum, sibi  
habere, sorte omnino incerta, periculo iactura  
spem lucri exaquantem; atqui hoc non est usura-  
rium aut injustum, cum ludus hic emptio sit, qua  
non ipse Scyphus v.g. vel res extracta, sed eius  
consequenda spes, cum pari periculo iactura con-  
iuncta, emitur: qo.

## § VII.

De restitutione et poenis usurarum.

37 L. 1. An et quomodo teneatur usurarius ad re-  
stitutionem? Q. 1. Usurarius ipse s. etiamsi su-  
dus sit c. 12. h. l. non tantum usuras, sed etiam  
si res frugifera pro illis data sit, fructus inde  
perceptos, et quos mutuatarius percipere potuisset,  
simul et damnum ob solutas usuras mutuatario  
emergens, et lucrum, quod illi ideo cessavit, resti-  
tuere tenetur. Ratio, quia est pessima fidei  
possessor, ergo. Extenditur responsio etiam ad  
usurarium mentalem ob c. 10. h. l. 2. tenetur  
in defectu usurarii ad restitutionem mutuatario



faciendam omnes, qui ex parte mutuantis causa  
 efficax fuerunt, cur usura exigentur, et sol-  
 verentur, sive ut non daretur mutuum gratis;  
 quia sunt ~~et~~ verè causa omnis damni mutua-  
 rio dati. 3<sup>to</sup> tenentur et compelli possunt he-  
 redes ad restituendas usuras à defuncto usu-  
 rario perceptas, et quemadmodum obligatio solvendi  
 alia debita, ita et haec solvendi usuras transit  
 ad heredes. c. g. h. d. ubi et notatu dignum est  
c. ult. de sepult. et c. s. de raptor. Si tamen  
 plures sint heredes, singuli in solidum non te-  
 nentur, sed solum secundum portiones hereditarias,  
 quia sicut comoda et jura, sic et onera inter  
 heredes sunt dividenda. 4<sup>to</sup> Omnes ad quos  
 res usuraria quocumque modo pervenerunt, si eti-  
 amnum extant. Ratio quia sunt res alienae.  
 Denique 5<sup>to</sup> restitui usura debent ijs, à quibus  
 sunt accepta; ijs defunctis eorum heredibus;  
 his autem non extantibus, vel si ignorentur, causis  
 pijs.

Q. 2. quana poena sint in usurarios statuta? 38

R. 1. cum usura sit crimen mixti fori, ut et  
 à iudice Ecclesiastico per c. 2. et 7. h. d. et  
Clem. 2. de Jud. et à Laico, sive questio facti.



sit, Jive juris, possit judicari c. 12. h. l. varia  
 in usurarios maxime manifestos poena stabuta  
 sunt; precipue aute de jure Can. I. Infirmia  
 Can. 2. §. fin. Caus. 3. q. 7. c. 13. de excess. Praeb.  
 II. Suspendio Clerici usurarij, et si emendatio  
 non sequatur, Depositis. Can. 1. et seq. Caus. 14. q. 3.  
 III. Excommunicatio laici usq; ad satisfactione c. 5.  
 et 7. h. l. IV. privatio sepulchro Ecclesiastico.  
 c. 2. eod. in 6. V. instabilitas activa, nisi  
 ante morte usurarij sigmodi restituerit usuras,  
 aut de earu restitutione sufficienter  
 caverit c. 2. cit. ~~Schmalzgr. h. d. a. n. 213.~~  
~~plura habet de testamentis usurarioru.~~

## Sit. XX.

### De crimine falsi.

- 1 Crimen falsi est dolosa immutatio veritatis cum jactura alteri; hinc qui sine dolo vel sine lesione alteri falsu loquitur, scribit c. poena huius criminis non tenetur.
- 2 Q. 1. quot modis committatur? R. 4 modis scilicet dicto, scripto, facto et usu. I dicto committunt falsu, qui in iudicio falsu testimoniu dicunt. \* poena huius delicti de jure
- 3







cognoverint, non destruxerint, aut ~~refrigeraverint~~,  
c. 4. hoc tit.

10 Quod autem modis committi possit falsitas circa  
Bullas Pontificias, disertè recenset Pontifex

11 in c. 5. h. t. Huc etiã referuntur qui  
nomen aut cognomen genq vel parentes sibi  
mutant in præjudiciũ aliorũ l. 13. ff. h. t.

#  
12 III. Facto committunt falsũ 1. venditores, qui  
falsis ponderibz vel mensuris utuntur, vel falsas  
merces distrahunt: tales ex Constit. Carol. pœna  
a. 115. pro gravitate et frequentia delicti rele-  
gantur, virgis ceduntur, aut etiã morte puni-  
untur. 2.º qui alicui falsũ partũ supposit.

13 3. qui terminos et limites agrorũ dolose mutant,  
quorũ pœna est arbitraria l. 1. ff. de termino moto.

14 4. qui proposita edicta magistratq dolo malo  
corrumpunt. l. pen. ff. h. t. 5. qui monetam  
falsificant, quod fit 1. si quis cudat monetam  
qui potestate cudendi non habet. 2. si alias  
moneta iustũ pondq abradat. 3. si ex falsa  
15 materia vq. ex stanno q. cudat. primis 2.  
casibz pœna est arbitraria; in 3.º vero  
pœna ignis statuta est in Constit. Carol. a. 111.

16 Huc referuntur alchimista, qui falsũ aurũ  
vel argentũ conficiunt, de quibz vid. Extrav.  
un. h. t. inter Comun.



IV. Denique usu falsum committunt, qui falsitas. 17  
 se ab alijs conficta scienter utuntur v.g. in-  
 strumenta, leges, probationes falsas producendo  
 in iudicio, dolose colligendo et expendendo falsa  
 moneta, et hi ad restitutionem tenentur, insuper  
 pena arbitraria puniuntur ex Const. Car. d. l.

## Tit. XXI.

### De Sortilegiis.

Nomine Sortilegii hic veniunt divinationes  
 per sortes, superstitiones, vana observantia,  
 et magia, de quibus jam per ordinem.

#### § I.

#### De divinationibus per sortes.

Nota 1. sortes sunt in triplici specie, alia enim  
 sunt divinatoria, eaq; licita, per quas res vel jus  
 aliquod inter plures dividitur vel litigium dirimitur.  
 in causis tamen beneficialibus et electionis inter-  
 venire non debent, arg. c. i. de R. J. in C.  
 alia sunt consultatoria, quae nempe adhibentur  
 ad cognoscendum, quae sit in re dubia Dei volun-  
 tas, usus earum per se est licitus, modo ad sit  
 necessitasurgens et servetur debita erga Deum  
 reverentia, nec ad lucrum temporale adhibeantur.  
 patet exemplis tum V. tum N. T. alia  
 denique sunt divinatoria, quae adhibentur ad occultum



quid vel futurum per media improporcionata cog-  
nosendum, adeoque ex pacto cum Demone expli-  
cito vel implicito. Usus talium sortium Divi-  
natio vocatur. Circa qua

2 Not. 2. huius Divinationis varia esse nomina pro  
varietate rerum, sic astrologia judiciaria dicitur  
¶ Si Divinatio fiat per inspectione astrorum: sic Geomantia, si  
fiat Divinatio per terra: Hydromantia si  
per aqua: si per animalium intestina, Arus-  
picium; Chiromantia si per inspectione manuum,  
et generali nomine, si pactum explicitum cum  
Demone aliave similia interveniant, Necromantia  
his ita notatis

3 Dico 1. Divinatio qua per expressa invocatione  
Demonis instituitur semper est peccatum mortale  
omnes. Ratio est, tum quia communicatio cum  
hoste humani generis, ac Dei adversario infer-  
rissimo non nisi valde perniciose imo et damna-  
bilis esse potest; tum quia sic Demoni tribuitur  
quidam cultus honor et subjectio.

4 Dico 2. Divinatio facta per implicita invo-  
cationem Demonis etiam est ex suo genere  
mortale. ita comunis; tum quia est virtualis  
communicatio cum demone, tum quia tribuit ho-  
norem Divinae creaturae, expectando ab ea, quod  
a solo Deo expectari debet.



Potest tamen fieri venialis I. propter ignorantiam non crassa. II. si non adhibeatur certa fides. III. si joci causa fiat, quae ratione saepe excusantur, qui Aegyptios consulant de fortuna: Caterum hic non datur servitas materiae, nam semper includitur formalis Dei contemptus.

Nota, quod non nisi astrologia <sup>"judiciariam"</sup> et chiromantia <sup>"divinam"</sup> quo scilicet futura ac libere contingentia praedictantur, inter species divinationis recensentur; nam astrologia, quo praenuntiat effectus, qui habent connexionem cum motu siderum, non est superstitiosa; neque prohibita est chiromantia, per quam solum quaedam conjectura de hominis ingenio, complexione, propensione fiunt.

## § II.

De Superstitione, vana observantia et Magia.

Nota. Superstitio est vitium religioni oppositum, quo Deo vel cultus indebitus vel creaturae cultus Deo debitus exhibetur, huius filia est vana observantia, qua est superstitio, qua media inutilia adhibentur ad praestandum vel omittendum aliquid, ad quod illa media nec à Deo nec à natura virtutem habent. Distinguitur à divinatione



quod hac circa speculativa occultorum effectuum  
cognitione versetur; illa vero ad opus pra-  
standum vel omittendum tendat.

8 Superstitio ac vana observantia sunt ex suo  
genere peccatum mortale; eoque demon  
implicitè invocatur, potest tamen excusari  
simplicitas aut ignorantia praesertim apud rudes.

9 <sup>Populi</sup> ~~Ceterum~~ ad cognoscendum, quana ex vana  
observantia vel ex superstitione fiant,  
caute sequentes regulas: I. Quando per  
preces aut jejunia aut etiam gestatione rerum  
sacrarum intenditur effectus naturalis cum infal-  
libili credulitate, et praesertim si ponatur spes  
in modo et numero recitandi, portandi atque loci  
temporis & observatione, semper est superstitio,  
quia Deus pro devotiunculis nunquam infalli-  
bilem promissit effectum; ergo cum infallibiliter  
speratur, à Damone expectatur; secus tamen  
dicendum, si haec absint, et sic intelligendus est  
S. Aug. dum ait: cum caput tibi dolet, laudamus  
si Evangelium ad caput tibi posueris.

10 Ceterum si aliqua videantur bona, aliqua vero  
admisceantur redolentia superstitione, poteris  
usurpare si removeas superstitiosa v.g. sanitas  
promittitur puero, si B.V. offeratur candela



precise etq; ponderosa, quā est puer, si  
 tamen offeras magis aut minq; ponderosa cū  
 fiducia ac spe, dumodo sanitatem infallibi-  
 liter non expectes, non comitis superstitione.

2.<sup>do</sup> si tamen res sacra adhibeantur ad effectus 10  
 vanos ac inutiles, semper est Superstitio; quia  
 Deus non imiscet se reb; vanis; ergo effectus  
 non potest à demone non expectari.

3.<sup>to</sup> si res vana adhibeantur, ut sunt verba 11  
 non significativa, figura inutiles q. cum  
 ex natura sua non habeant connexionem  
 cū effectu, quem intendunt producere, est  
 Superstitio ob eandem rationem.

Porro magia Superstitiosa, de qua hic solū 12  
 agim; est ars seu facultas vi pacti  
 cum Demone inibi per signa aliqua effici-  
 endi mira. Est grave peccatū, eò quod  
 contineat pactum et societatem cū Demone  
 et plerumq; multa alia crimina annexa  
 habet, de quib; magi et Sago in confessione  
 sunt interrogandi, ut haeresis, abnegatio Dei  
 et s. execratio, idololatria, abusus rerum  
 sacrarū, maxime earū quæ ad s. Eucharistia  
 spectant, luxuria et nefaria cum Demone.



comixtiones, deniq; homicidia praesertim infantiu  
necdum baptizatoru.

13

Q. quana sint pena magoru et divinatoru?  
R. De jure Canonico sunt censura Ecclesiastica  
item incarcerationes, aliq; similes arbitrio  
Episcopi pro qualitate delicti infligenda, prout  
habetur in citato Motu proprio Sixti V. juncto c.  
~~si quis Episcopus. 5. cu legg. Causa 26 q. 5. et~~  
c. 2. h. l. De jure Civili poena gladij constituta  
est in l. 5. Cod. de Maleficiis. ex constitutionib;  
vero Caroli V. qui per magia alijs Damna infe-  
runt, igne cremari, qui aute sine damno magia  
exercent, arbitrarie puniri jubentur.

## Sit. XXII.

### De collusione detegenda.

x Collusio hoc loco dicitur, quando accusator et  
reus inter se tacite conveniunt, quod a per-  
secutione criminis in judiciu delati desistere  
velint; qua tamen collusione et conventione  
non obstante mandatur in hoc tit. ut iudex  
ex officio in crimina inquireat, eademque  
puniat.

2 Huc pertinent ea quo de pravaricatorib;  
et tergiversatorib; in jure Civ. ff. ad Senatusc.  
Turpil. traduntur, et nos supra Tit. 2. attigimus.



## Tit. XXIII.

## De delictis puerorū.

Quamvis pueri ~~mult~~ doli capaces, et postquā  
ad annos discretionis pervenerunt, in furtis, perjurijs,  
alijsq; delinquere possint, semper tamen in  
punientis eorū delictis pena mitiganda esse  
dicitur in c. i. et 2. h. l. et c. ult. de sentent.

excomunicat. idq; non tantū in pueris, sed etiā  
adulescentiorib; et minorennib;, qui necdum  
sunt viginti quinq; annorū interdū locum  
habet, t. ferre in omib;. 108. ff. de R. J.

Dico autē interdū si scilicet alia etiā con-  
currant, videlicet quod minor non sapig de-  
liquerit, quod delictū non sit valde atroc, quod  
malitia etate non suppleat, quod spes afful-  
geat melioris frugis &c. ita enim est text; in  
c. antim. 57. §. i. ff. de minor.

## Tit. XXIV.

## De clerico venatore.

Clericis interdicta est venatio clamorosa cu  
canib; et faltrib; c. 2. h. l. Piscari vero  
clericis prohibitū non est exemplo apostolorū  
quos piscatores ad se Ch; vocavit, quib; et  
eandem arte etiā post conversione exercuerūt,



2 ut passim in Evangelio legitur. Rationem  
differentia inter venationem et piscationem assignat  
quod venatio propter saltus et clamores magis  
dissolvat et dehonestet clericalem modestiam,  
nutriet otium et vitia, ac per crebra et imitem  
calidi sanguinis animatum effusione excitetur  
in homine asperitas et truculentia contra  
clericalem mansuetudinem,

### Tit. XXV.

#### De clerico percussore.

1 Qualiter exemplo Xpi mansuetissimi deceat  
Clericos mansuetudo et dedecet percussio et  
rixatio hu traditur, et deatq sunt per tota  
Distinct. 45 et legg. Ideoq pro excessu per-  
cussionis et qualitate delicti et delinquentis  
a suo superiore arbitrarie puniri, et data  
incorrigibilitate etiam deponi debent c. i. h. s.

2 Quod si aliquando a Prelatis vel iudicibus  
et superioribz Ecclesiasticis causa disciplinae  
contra delinquentes corporalis castigatio adhi-  
benda sit, ut in c. 2. de adulter. in c. 4. de  
Rapto. cum mansuetudine rigor est temperan-  
dus. c. disciplina g. et legg. cum Prefat.  
~~Grat quo incipit. Salomon dist. 45. Quod~~



autem Episcopus delinquente non debeat pro-  
prijs manibz cadere, habetur c. 25. d. 86.

Sit. XXVI.

De Maledicis.

Maledici hoc s. dicuntur blasphemii, 1  
est enim blasphemia maledictio sive verbum  
contumelia adversus Deum.

Comittitur autem blasphemia potissimum modis 2  
sequentibus 1.º quando aliquid negatur de Deo,  
quod ei convenit, ut non esse justu q. vel quando  
affirmatur de Deo, quod ei non convenit, ut esse  
crudelem q. 2.º quando creatura tribuitur, quod  
est propriu Dei, quomodo peccant lascivi amatores,  
dum amasias appellant Deum suu q. 3.º quando  
dicuntur quidem de Deo vera sed irreverenter,  
nempe per modum contemptus vel indignationis  
Vg. jurando per corpus et sanguine Xpi ex  
indignatione vel ira contra Deum. 4.º dum  
convitia et contumelia jaciuntur in sanctos,  
quia ut ait s. Th. 2.2. q. 13. a. 1. ad 2. sicut Deus  
laudatur in sanctis suis, in quantum laudantur  
opera, que Deus in sanctis efficit, ita et blas-  
phemia que fit in sanctos ex consequenti in  
Deum redundat.



3 Ex eadem ratione, quā convitia p. adversus  
Sanctos sunt Blasphemias, <sup>scilicet</sup> etiam maledicta  
ac probra, quae in Dei sacramenta, s. p. imagines p.  
effutiuntur, ratione Blasphemias sortuntur, quia  
hoc in Deum virtualiter redundat, utpote omnis  
sanctitatis fonte.

24 Porro Blasphemias ex suo genere peccatum  
mortale est, idq. gravissimum Ita s. Th. cit. q.  
a. 2. Ratio, quia hoc peccatum suapte natura  
redundat in summam Dei injuriam ac contemptum.  
Licet verò Blasphemias in Deum non admittat  
parvitatem materiae, multi tamen admittunt  
in ea quae fit in s.

5 Ceterum multi in prolatione verborum Blasphemi-  
arum excusantur à mortali ob imperfectionem  
cognitionis; et quia non attendunt ad vilipen-  
sionem Dei aut rei sacrae. quod si quis  
attendat ad vilipensionem Dei & etiamsi dicat  
se ea proferre materialiter v. g. ad terrendos  
subditos p. non verò animo inhonorandi Deum,  
non potest excusari à mortali. Ratio quia  
talia semper vergunt in diminutionem honoris  
Dei; et vix sine scandalo proferri possunt.  
<sup>quod</sup> Si tamen talia proferret verba ut adstantes  
patenter adverterent ea tantum materialiter



prolata fuisse, immunis erit à peccato mortali

Q. quana poena sunt Blasphemis statuta?  
R. De jure civili Novell. 77. statuta est,  
poena capitalis, sed hodie attendenda est con-  
suetudo locorū particulariū. De jure Can.  
poena in c. 2. h. d. expressa, non sunt usu re-  
cepta sed sunt comutata in arbitrarias.

Tit. XXVII.

De clerico excommunicato, de-  
posito, interdicto ministrante.

Q. qua poena afficiantur clerici censurati, si  
ministrent in censura? R. clericus censuratus  
exercens solemniter et ex officio actū sui ordi-  
nis propriū fit irregularis, et ad omnia officia  
et beneficia inhabilis c. i. de sent. et R. J. in 6.  
c. 18. et 20 de sentent. excom. in 6. et fin. h. d.

Excusat tamen I. metus infamiae et gravis  
scandali. II. casus necessitatis, ut si moribuz-  
do sacramenta ministranda sint. III. ignorantia  
censura. Dubitans vero debet inquirere  
de veritate, quod si dubium vincere non possit  
probabile est, quod deposito dubio practico  
ministrare possit. Vid. Zoetz h. d. n. 3.  
Suarez l. 9. de cens. d. 40.



## Tit. XXVIII.

### De clerico non ordinato ministrante.

1. *Q*uod si quis non ordinatus actum Ordinis exercens, quem non habet v.g. si Diaconus celebret Missam. *De* I. Efficitur irregularis c. i. h. d. II. quoad susceptos ordines arbitrio Episcopi suspenditur c. 2. h. d. Quod si laicus actum aliquem Ordinis exercuerit, probabilis est, quod omnino fiat irregularis per *v. c. f. ibi:* ab Ecclesia abiciatur et nunquam ordinetur.

2. *H*odie ex Const. Clem. VIII. relata à Barbos. in c. i. h. d. n. 7. qui Missam celebrare aut Confessiones audire nondum ordinatus Presbiter ausus fuerit, jubetur per locorum ordinarios à foro Ecclesiastico abici, et ab Ordinibus, si quos habet, rite degradari, ac à iudicibus secularibus pro merito puniri.

## Tit. XXIX

### De clerico per saltum promoti.

*P*er saltum promotus dicitur, qui omisso ordine medio ad Superiorem ascendit v.g. qui omisso Diaconatu ordinatus est Presbiter.

2. Quamvis autem aliqui existiment, taliter promotum esse absolute irregularem, magis tamen inter



DD. convenit, esse tantum ipso jure suspensum, et  
quidem solummodo quoad illum ordinem per saltum  
susceptum, et irregularem tunc primum, si in hoc  
ordine suscepto vel in illo, quem suscipere omisit,  
ministraverit, sicut tradit Barbosa in collect. DD.  
ad c. un. h. l.

Præterea hodie ex concilio Trid. sess. 24. de reform. 3  
c. 14 in fine. concessum est Episcopis, ut cum pro-  
motis per saltum dispensare possint, nisi, ut  
præmissum, ministraverint, adeoque insuper irregu-  
lares facti sint, quo casu Episcopi non aliter  
dispensare poterunt, quàm si delictum suscepto  
per saltum ordinationis occultum fuerit, juxta  
Trid. sess. 24 de Reform. c. 6.

## Tit. XXX.

### De eo qui Ordinem furtive suscepit.

Ordines furtive suscipere dicitur, qui absque  
consensu Episcopi in numerum ordinandorum se  
ingerit, veluti si subterfugerit examen, et  
nihilominus in ordinatione comparuerit, vel  
eadem die præter minores Ordines etiam sub-  
diaconatu, vel duos sacros Ordines acceperit.

Pæna huius delicti est, quod taliter ordinatus  
non habeat executionem Ordinis furtive suscepti  
et insuper inhabilis reddatur ad superiores Ordines suscipiendos.



2 Competit tamen Episcopo dispensatio in duobus casibus I. si furtiva ordinis susceptio non prius fuerit ab ordinante sub excommunicatione prohibita. II. si ordinatus monasterium ingrediatur et ibi aliquamdiu laudabiliter vivat, quo posteriori casu non solum Episcopo, sed etiam abbati dispensare conceditur. Text. et DD. communiter in c. 1. 2. et 3. h. t.

2 Admittitur quoque in c. 2. h. t. consuetudo, si qua sit, ut eadem die minores Ordines cum subdiaconatu suscipiantur, idque per Concilium Trid. sess. 23. de Ref. c. 11. annale interstitium requirens non fuisse correctum, sive tali consuetudine derogatum, docent multi graves DD. cum Barb. in Collect. ad d. c. 2. h. t. n. 2.

### Tit. XXXI.

#### De excessibus Prælatorum & Subditorum.

- 1
- I. qualiter excedant, vel delinquant Prælati.
  - §. 1. Episcopi et his majores delinquant I. si subditos gravent iniquis exactionibus, vel vexent censuris injuste illatis c. 1. h. t. II. si quid imperent inferioribus contra eorum privilegia c. 5 et 7. h. t. III. si jura inferiorum imminuant, aut liberent Ecclesias eis subjectas à subjectione c. 2. h. t. IV. si gravamina Religiosis inferant, de quibus vid. c. 16. et 17. h. t. et Clem. un eod.



§. 2. Pralati inferiores Episcopis delinquunt.  
 I. uniendo Ecclesias sibi subjectas absq; consen-  
 su Episcopi c. 8. h. l. II. Cognoscendo causas  
 matrimoniales, imponendo poenitentias publicas,  
 concedendo indulgentias c. 12. h. l. Si nec habeant  
 speciale privilegium, nec territorium proprium cum  
 jurisdictione quasi Episcopali.

Circa excessus subditorum vid. c. fin. c. 6. c. 14.  
 h. l. ac specialiter c. 5. eod. ubi statuitur, quod  
 clericus deponi debeat, qui contra juramentum  
 aut homagium Episcopo praestitum negat eum suum  
 Dominum, vel coram iudice seculari ipso convenit.

*Sit. XXXII.*

*De novi operis Nuntiatione.*

Not. 1. sicut in jure civili et reb; profanis  
 si quis nova fabrica motiatur, ei ab illo, qui  
 sibi praedictum fieri autumat nuntiaris nova  
 opus, seu prohiberi potest, ne novum opus ex-  
 truat, ita etiam de jure canonico et in  
 causis Ecclesiasticis, si v. g. una Ecclesia in  
 praedictum alterius Ecclesiae adificetur, adifi-  
 canti novum opus per Rectorem prioris Ecclesiae  
 recte denuntiatur c. 1. h. l.

Not. 2. hanc nuntiationem novi operis etiam  
 privata auctoritate fieri posse et quidem non

latis in h...  
 Episcopi an p...  
 unicatione...  
 emu ingre...  
 p...  
 ad chi...  
 D. co...  
 conf...  
 nes cu...  
 h...  
 h...  
 conf...  
 D. co...  
 Subdit...  
 and...  
 and I...  
 nec...  
 and...  
 c. 8...  
 and...  
 c. 1...  
 1. d...



solum Domino edificanti, sed etiam ipsius opificibus et servis eius. C. 5. § 3. ff. h. t.

3 Nota 3. hunc esse effectum nuntiationis novi operis, ut si alicui prohibeatur novum opus, ab eo mox desistere debeat, id ni fecerit, propriis impensis demoliri debet, quidquid edificaverit, sive jure, sive injuria nuntiatio facta sit c. i.

2) C. i. et 20 ff. h. t. \* Interim ne detur ansa calumniosis denuntiationibus per edificantem vel per judicem peti potest, ut nuntiator juramentum praestet, quod non calumnia causa novum opus nuntiaverit. D. C. 5. § 14. Deinde nuntiator intra 3 menses de jure suo in judicio docere debet. c. ult. h. t. l. un. C. eod.

5 Nota 4. quod regulariter quivis in domo ac fundo suo edificare valeat, quidquid et qualiter sibi placuerit, nec propterea à vicinis prohiberi, nam, ut loquuntur DD. si domus est mea, tunc est mea usque ad caelum et infernum arg. C. altig. 8 C. de servitutibus et aqua. licet ex tali edificio vicinis, quandam incommoditatem sentiat, ut quia eius domus obscurior sit, vel liberior prospectus adimitur.

6 Excipiuntur autem 3 casus I si vicinis habeat in domo edificantis servitutem urbanam ex pacto vel praescriptione, uti sunt servitus



altius non tollendi, non officendi luminibus  
vel prospectui. II. Si ex novo edificio vi-  
cini aedibus periculum damni vel ruina imine-  
at, tunc enim recte aedificanti novum opus  
nuntiatur, ut cautione damni infecti prospectet.

l. i. §. 15. ff. h. l. dicitur autem damnum infectum  
quod nunquam factum est, futurum tamen timeatur.

III. Si quis solum ad vicini emulationem  
eius aedes obscurare, aut novas fenestras  
contra domum vel hortum eius aperire vellet,  
non enim est malitius hominum indulgendum  
qui nihil agunt quia ut noceant l. 38. ff.  
de rei vind.

### Tit. XXXIII.

De privilegiis & excessibus privilegiatorum.

l. i. Quid et quod duplex sit privilegium? §. i.

Definitur, quod sit jus singulare in certa per-  
sone aut causa gratia à superiore constitutum.

§. 2. privilegium I. aliud est clausum in corpore 2  
juris, quod inter alias l. corpori juris insertum  
est, ut privilegia Ecclesiarum, Ecclesiasticorum, stu-  
diosorum: est in speciali conceptione indultum, vel 7 aliud

certe alicui personae, vel communitati, vel loco  
per diploma et litteras speciales. clausum  
corpore juris transit in jus commune, secundum  
pro, à iudice ignorari non debet, est ordinariè perpetuum,



recipit amplam interpretationem, quo omnia fere  
Locus obtinent in privilegiis extra corpus juris.

3 II. Privilegium aliud est reale, et aliud perso-  
nale. Personale est, quod immediate et directe  
conferitur alicui personae certa et determinata  
in favore ipsius v.g. privilegium non recitandi

4 Breviarium. Reale quod mediate tantum con-  
feritur personae, immediate autem et directe rei  
alicui a personae distincta inheret, sive de in-  
res illa sit locus, fundus, sive communitas, dig-  
nitas. Personale cum persona expirat, reale  
ad eos transit, apud quos res reperitur. In du-  
bio praesumitur esse reale, si favorabile sit;  
personale si odiosum c. 15. et 28. de A. J. in 6.

5 Hinc III Privilegium aliud est contra jus, et  
consequenter strictae interpretationis, ut exemptio  
a solvendis decimis, a jurisdictione ordinarij  
aliud est ultra jus et interpretationis lar-  
gioris, veluti potestas absolvendi a reservatis,  
dispensandi c. quando scilicet ipse actus sive  
materia privilegij non est quidem in se jure  
prohibita, sed tamen non nisi certis personis  
concessa.

6 IV. Aliud est datum ad preces privilegiati, et  
aliud motu proprio, seu, si haec clausula  
motu proprio litteris privilegij inserta sit,



etiam si pro ea supplicatum sit. hoc posterius  
est plenissima interpretationis c. 4. de prob.  
in 6. In priori vero subintelligitur, si pre-  
ces veritate nitantur, qua deficiente ob-vel  
subreptionis arguitur c. 2. de rescript.

V. Denique quaedam sunt merè gratiosa; quaedam  
vero remuneratoria, vel sub reciproca privi-  
legiati obligatione ad aliquid dandum vel  
faciendum concessa, adeoque conventionalia.

Priora habent tacitam conditionem, ut durent  
quamdiu Principi vel Successoribus placuerit.  
posteriora vero, maxime conventionalia ad  
instar aliorum contractuum sunt perpetua, et  
non nisi ex urgentissima causa ad bonum  
publicum pertinente revocantur.

Q. 2. qualiter acquirantur privilegia? R. 8

I. De jure communi acquiritur Privilegium  
per solam concessionem superioris auctoritatis  
facta, Zoes. h. t. n. 3. at ex regulis Can-  
cellariae Apost. 51. et 52. gratia ante ex-  
peditionem litterarum dicuntur informes. nec  
illi in iudicio vel extra suffragantur dis-  
pensationes. Probabile tamen est, quod 9

in foro conscientiae ubi liceat gratia ante  
expeditas litteras. Abbas Rebuff. Laym. et  
alii. Ratio est, quia gratia quoad suam



Substantia 1: licet non quoad omnes qualitates  
dicitur perfecta per sola signatura. Barb. Jur.  
Eccles. l. 3. c. 13 n. 199. Nec obstat, quod in  
D. reg. 52. dicatur, in iudicio vel extra, nam  
potest dici, quod extra iudicia hic non signifi-  
cet foru internu, sed sola, quod Ordinarij vq.  
non possit extra judicialiter procedere secundum  
gratia ex sola signatura; Nomine autem  
Superioris veniunt omnes illi, qui statuta con-  
dere possunt, nec refert an Privilegiatus sit  
Subditj privilegiantis, dumodo materia privilegij  
sit sub eig jurisdictione. \* Imo volunt DD.  
privilegiu concessu non subdito habere natura  
pacti, nec revocari posse. Gloss. in c. 16. de Ref.  
in G. Zoch. h. t. n. 39 p.

11 II. acquiritur privilegiu per comunicatione, cum  
scil: Superior privilegiu, quod uni personae vel  
comunitati concessit ad aliam extendit. Huius  
exempla habentur l. 35. C. de Episc. et Cler.  
l. pen. C. de Advoc. Divers. iud. Sed  
12 Nota 1. quod haec comunicatio solum respiciat  
privilegia praesentia non futura. 2. quod  
non noceat secundo privilegiato, si primus  
amittat privilegiu; quia licet illius privilegiu  
a primo privilegiato dependeat in productione,  
non tamen in conservatione. Suarez. de th. c. 15.



13

III acquiritur privilegium consuetudine vel praescriptione, praesertim illa, cuius initium hominum memoria excedit, quo communiter ipsi privilegia equiparatur. Text. et DD. in c. novis. 13. de iudic. et in c. super quibusdam. 26. de Verbor. signific.

Sed et minori tempore videlicet contra privatos 30. contra Ecclesiam 40. annorum spatio privilegium vel exemptio aliqua praescribi potest. cap. de quibus 4. c. ad obit. 18. de praescript. dummodo illae conditiones adsint, quae in Tit. de consuetudine et de Praescript. traduntur.

Q. 3. quomodo privilegium amittatur? R.

14

I. per interitum personae privilegiatae, si est personale c. 7. de R. J. in 6. Item per interitum rei totalem, et absque spe reedificationis factum, si est privilegium reale c. 29. de V. S. c. 2. de relig. dom. Per mortem tamen concedentis etiam re integra non amittitur privilegium absolute concessum c. 9. de off. deleg. in 6. c. 36. de praebend. in 6. Excipit nisi gratia sit primus facienda v. g. per commissarios; quia delegati officium expirat morte delegantis re integra c. 19. 20. de off. deleg.

15

II. Amittitur privilegium per abusum privilegiati. Si occasione privilegii delinquat, veluti si quis

16



Spe immunitatis in Ecclesia crimen comittat.  
c. ult. de immunit. Eccl. c. ubi 7. dist. 74.

- 17 III. Si privilegium cedere incipiat in grave aliorum vel communitalis detrimentum, saltem per sententiam revocari potest. c. suggestu q. de Decimis. et c. penult. de Clericis non residentibus.
- 18 IV. amittitur privilegium per renuntiationem expressam privilegiati, si privilegium in ipsius solius favore concessum sit c. b. h. l. Secus si in favore communitalis q. c. 12. de foro comp.
- 19 V. per tacitam renuntiationem, quo fit non usu vel usu contrario; Et quidem juxta Laym. l. i. fr. 4. c. 23. n. 21. privilegium affirmativum si alijs sit onerosum, ut privilegium vectigatum exigendorum amittitur per non usum lapsu decemij. arg. l. i. ff. de nund. modo occasio fuerit privilegio utendi; nam non valenti agere non currit prescriptio. Negativum vero etiam onerosum, quale est v. g. non solvendi Decimas, amittitur vel per via prescriptionis, vel per via tacite renuntiationis, et tunc sufficit actu contrarium privilegio exercere, modo ex circumstantijs vel lapsu temporis presumi possit actum contrarium animo renuntiandi privilegio factum.



fuisse; privilegia tamen non onerosa, cum sint  
mera facultatis, non amittuntur per non usum vel  
usum contrarium. Quomodo vero c. 6. et c. 15. h. t.  
sibi contraria conciliari possint vid. Engel hic.

VI. Amittitur privilegium si, cesset causa finalis, 20  
ob qua datum est, cessante enim causa cessat  
effectus c. 60. de appell. Verum quia factum legi-  
time retractari non debet, licet casus eveniat,  
a quo non potuit inchoari c. 76. de R. J. in 6.  
hinc solum amittitur privilegium, si finis non solum  
cesset negative, sed etiam contrarie, nempe si  
usus privilegii ob circumstantias mutatas  
fiat illicitus.

VII. Demum amittitur privilegium revocatione 21  
concedentis vel eius heredum c. 1. de const. in 6.  
Circa quod Nota I. si Superior privilegio addiderit  
ita clausula, ad beneplacitum meum, quamdiu volueris.  
expirabit privilegium sine alia revocatione sola morte  
concedentis, quia per mortem interrumpitur eius voluntas  
et beneplacitum. c. si gratiose. s. de rescriptis. in 6.  
iuxta L. 4. ff. Locati. Secus est si Ug. dixerit.  
ad beneplacitum Sedis apostolice, vel Episcopalis.  
quia ipsa Sedes non moritur d. c. si gratiose. s.  
Item si dicatur: donec revocavero q. nihil im-  
mutatur morte concedentis, quia ex vi et genuino  
sensu talium verborum requiritur positiva et actualis



revocatio. Covar. Variarum resolut. l. 3. c. 15.

II. Per legem generalem non derogatur particularibus privilegiis, nisi eorum mentio fiat, vel addatur clausula: non obstantibus quibuscumque privilegiis sub quacumque forma concessis: quia lex generalis tollit alia generale prius data sibi contraria, sed non particularem legem, statutum, vel consuetudinem. c. 1. de Constitut. in 6.

III. Lex generalis sine expressa et speciali mentione non tollit privilegia clausa in Corpore juris, et prius per legem generalem certis personis data. Imo et si lex posterior habeat clausulam: non obstantibus privilegiis &c. volunt tamen DD. hanc clausulam nisi aliter constet de mente Legislatoris non intelligi de privilegiis clausis in Corpore juris, utpote quae non sunt simpliciter privilegia, sed etiam leges communes Barb. ad principium huius tit. n. 8.

IV. Huc referri possunt, quae de Rescriptis diximus n. 16. et 22.

22 L. 3. quid in specie sit exemptio? R. I. Exemptio est privilegium, quo persona aut locus à jurisdictione Episcopi, vel ordinarij subtrahitur, et Summo Pontifici immediate subijcitur.

Dico persona aut locus; est enim exemptio alia personalis, quae certa persona, alia localis, quae certa Ecclesia, Monasterio, vel etiam territorio conceditur,



Possumus addere exemptionem mixtam, qua scilicet loco  
aut persona adheret, prout diversi Religiosorum  
Ordines non tantum quoad sua Monasteria, sed etiam quoad  
ad personas suas, ubicunque existant, exempti sunt.  
c. cum capella ib. h. t.

Nota, Exemptos alios dici nullius diocesis, alios <sup>23</sup>  
in diocesi quidem sed non de diocesi. Nullius  
diocesis sunt, qui habent speciale territorium, ac po-  
pulum exemptum, ubi jurisdictionem quasi Episcopalem  
exercent, ac Ordinarii nomine veniunt; quamvis ipsi  
Episcopi non sint, sed tantum Praebiti, vel Propo-  
siti aut Similes. In diocesi sed non de diocesi  
dicuntur, qui quidem quoad suas personas, vel  
particularem aliquem locum v.g. monasterium exempti  
sunt, certum autem populum aut territorium exemptum  
non habent, sed intra fines certa diocesis sive  
Episcopatus existunt. Plura de exemptione  
apud Engel à n. 24. videri possunt.

### Tit. XXXIV & XXXV.

#### De purgatione Canonica & Vulgari.

Q. 1. quid sit purgatio Canonica, et quis eius  
finis ac forma? R. 1. Purgatio Canonica est  
modum à S. Canonibus statutum, quo infamatus de  
crimine, qui per sufficientes probationes de eo  
convinctus nequit, cogitur ostendere suam innocentiam.

R. 2. finis eius est, ut illi contra quem fama <sup>2</sup>



publica apud maiorem partem populi ex probabilibus  
indicijs invaluit, honor restituatur et scandalum  
populi tollatur. R. 13. forma purgationis est  
ut infamatus de crimine praestet juramentum factis  
Evangelis, quod crimen non commiserit, et insuper alios  
honestos sui ordinis et conditionis s: Vg. Prelatus,  
Prelatos, Clericus Clericos s: si haberi possint,  
vel ipsorum defectu etiam alios juxta numerum  
arbitrio iudicis taxandum adhibeat, qui simul  
juramentum de credulitate deponant, quod cum  
habeant notitiam infamati, credant eum innocentem,  
et vere jurare, c. 5 et 7. h. l. Quod si reus  
in purgatione defecerit, i.e. juramentum praestare  
non potuerit, aut compurgatores, qui eius notitiam  
habent, jurare noluerint, censebitur de crimine  
convictus, et poenas Ecclesiasticas promeritus. d. c. 7.  
h. l. et c. de hoc. ii. de Simonia.

5 Erat olim alius quoque modus purgationis canonice  
ut Sacerdos infamatus Missam legendo, et non Sa-  
cerdos sive laicus Eucharistia sumendo in haec  
verba: Corpus Domini sit mihi in probatione  
hodie, innocentiam offenderent. c. saepe. 23. et c.  
fin. caus. 2. q. 5. Qualiter etiam ipsi Summi  
Pontifices apud Imperatores olim de criminibus accu-  
sati, licet a nemine judicari possent, nec Imperato-  
ris jurisdictione agroscent, ad tollendum tamen scanda-  
lum et demonstranda innocentiam se purgaverunt. Barb.  
in d. c. j. n. 2.



§. 2. quid sit purgatio vulgaris, et quomodo fiat. 5

§. 1. purgatio vulgaris ea est, qua nullo legitimo modo introducta, sed solum vulgi usurpatione recepta est. §. 2. Olim fieri solebat vel per ignem vel aqua ferventem, vel per projectionem in flumen, et si infamatus evasisset ex illis 7 vel per duellum illatus pro innocente habebatur, secus pro convicto. Hanc vero purgationem Canones damnarunt, eo quod lenitatem Dei contineat l. 1. de purg. vulg.

### Tit. XXXVI.

### De iniuriis, et Damno dato.

#### § I.

#### De Iniuriis.

§. 1. quid sit injuria et quod duplex? §. 1. injuria 1

prout hic sumitur, est delictum, quo alterius honor aut existimatio dolo malo leditur; unde si dolo 2

sive animo injuriandi absit, injuria non committitur

vg. si quis in colloquio verbum quodpiam ad alterius injuria pertinens inconsiderate profert, cessabit actio injuriarum §. 11. Inst. h. t. l. 5. § 1 et 3

f. eod. \* Caterum in dubio animo injuriandi 3

presumitur ex verbis aut factis, l. 9 C. h. t.

§. 2. Injuria alia est verbalis, quando alicui 7

vel presenti vel absenti convitiu fit, sive falsu sit crimen, sive veru, dum non interest

Reip. id propalari §. 1. Inst. h. t. l. 15. § 7. et seq.



ff. L. 10 C. de injur. quò etia reducitur qua fit  
5 Scripto, et libellig famosus nominatur. Alia realis  
qua facta aliquo irrogatur, ut si quis alteru percussit  
domu eig vi introeat c. l. 9. et 15. §. 27. ff. h. d.

6 L. 2. quò modis quis injuria pati possit? R.  
duobus, directè et indirectè, dum scilicet: quis non  
solum imediatè in semetipso, sed etia mediati  
nempe in personis sua potestati subjectis injuria  
afficitur; si injuria subdito vel Religioso  
lata, redundat in Dominu vel Ecclesiam, scilicet  
si ea in contemptu dominice potestatis, vel  
Religionis cedat.

7 Dubitatur an ob injuria Novitio illatan ab-  
bati actio competat? Affirmativa videtur  
probabilior, quia talis ja censetur subditus  
unde et eig injuria respicit Religionem, ac  
percutiens eum excommunicatione incurrit c. 21.  
de sent. Excom.

8 L. 3. quana actio in foro externo debet in-  
juriato contra injuriante? R. Actio, que pro  
injuria datur, dupliciter intentari potest civiliter  
vel criminaliter: civiliter ut injuriatus aestimet  
injuria pro certa quantitate pecunie, et illa  
aestimatione s. quam tamen ne in imensa fiat,  
considerata persona et injuria qualitate discretis  
judicis taxabit. petat sibi applicari: Criminaliter



vero, ut pecuniaria aestimatio fisco applicetur,  
vel alia poena pro arbitrio iudicis injurianti in-  
feratur, & in summa. 10. h. d. Præterea

ex consuetudine injuriato datur actio ad palino-  
diam, seu recantatoria, per qua petitur, ut  
injuria, quam falso protulit, revocet.

§. 4. quibus modis tollatur vel cesset actio 9

I. Morte ta injuriantis qua injuri-  
ati si hac contingat ante libem confessi: l. 13. pr.

ff. h. d. nisi simul damnum sit datum, hoc enim  
pro viribus hereditariis ab heredibus est refarcien-

dum c. fin. de sepult. c. 5. de raptor. II. Remis- 10

sione seu condonatione, eaq; vel expressa per  
l. 17. §. 12. ff. h. d. ubi et dicitur quia loco

aliorum injuria remittere possint, vel tacita, &  
fin. Inst. et l. ii. §. i. ff. h. d. III. Lapsu unig 11

anni, si intentata sit actio criminalis l. 5. c.

h. d. IV. Satisfactione pro injuria l. 17. §. 6. 12

ff. h. d. aut transactione et pacto l. ii. §. i. ff.

cod. V. retorsione, dum scilicet injuria verbalis 13

honoris tuendi causa per modum defensionis  
naturalis et moderaminis inculpata tubela in

continenti in ipso injuriantem retorquetur, Vg.

dicendo, eum esse mendacem, vel mentiri ut Jure,

aut esse scelerem, qualem se dicit, et hac retore-

sio licita est arg. l. 5. ff. de I. et I.



14 L. 5. Quomodo ad injurians quod injuriatus in foro  
conscientia se habere debeant? Q. 1. injuriatus  
indemnare quidem potest actione injuriarum, sed non  
nisi ut famam laesa recuperet, tollaturque scandalum  
aut damna quae sibi inde imminere possent, avertat,  
non vero, ut vindictam querat, et alterum damnificet,  
michi enim vindicta ait Doming, et ego retribuam.

15 Q. 2. Injurians tenetur se cum injuriato reconci-  
liare, ei honorem ablatum restituere, et damnum  
si quod inde natum sit, compensare. Vid. Lay. l. 3.  
tr. 3. p. 2. c. 7.

<sup>16</sup><sub>12</sub> Porro injuriis in c. i. h. t. in 6. et in Nov. 52. c. i.  
adnumerantur illae pignorationes quibus una  
persona vel res eius pro delicto, aut debito  
alterius capitur, quae vulgariter Repressalia  
17 vocantur; naturali enim aequitati adversatur  
per. c. 22. de R. J. in c. et l. 22. c. de poenis  
ut alius sit debitor, et alius non obligatus  
pro eo solvere debeat: ut alius deliquerit,  
18 et alius capiatur. Quapropter et Imperator  
d. Nov. quod Pontifex d. c. i. h. t. in 6. huius-  
modi repressalias, praesertim si fiant circa personas  
Ecclesiasticas sub gravibus poenis prohibent. \* Equidem  
19 usus repressalium in multis locis jam invaluit  
sed potius abusus dici debet. Repressalia tamen  
quae jure belli fiunt, sustinentur per c. 2.  
Caus. 23. q. 2.



§ II.

De damno dato.

Q. 1. quid de damno dato dicendum? R. 19  
20  
 Nomine damni hoc loco non intelligimus illud, quod lucri causa alteri inferitur, de quo tit. de furtis, de raptoribus et de usuris agitur: sed illud, ex quo damnificatus in corpore aut rebus suis detrimentum patitur sine comodo vel lucro damnificantis, ut si quis alterius odes incendat, animalia occidat, vestes taceret &c. hoc posterius damnum in jure civili actione legis aquilia recuperamus.

Q. 2. qua sit differentia inter actionem L. aquil. et actionem furti, vel rapinae. R. Per illam condemnatus non redditur infamis, nec nisi ad simplicem estimationem damni tenetur; secus per actionem furti vel rapinae. 21  
22  
 Excipiuntur

tamen quidam casus, qui graviori poena coercentur ut I. si quis alterius arbores clam exciderit, in duplum condemnatur l. 7. § ult. l. 8. ff. arborum furtim casar. 23  
 II. si quis per vim et coactis hominibus damnum aliquod indult civiliter, convenitur in quadruplum l. 2. ff. de vi bonor. raptor. Criminaliter vero publicatione bonorum, vel banno &c. vid. ff. et C. ad l. Jul. de vi publ. 24  
 III. si quis tempore



calamitoso v.g. Incendij C. Damnum inferat, in qua-  
duplum condemnatur. l. i. l. 3 ff. de incendio, ruina C.  
Huc refer quod <sup>nox</sup> dicentur n. 27.

25 L. 3. quis ad restitutionem damni ex L. Aquilio  
teneatur? R. I. Omnis ille, qui ex culpa etiam  
levissima damnum inducit, l. 44. ff. ad L. Aquil.  
ubi autem nulla culpa, ibi nulla restitutionis

26 obligatio. R. II. ad restitutionem tenetur ille  
cuius ob nimiam cautam custodia damnum inducit;  
satisfacit tamen, si noxam h. e. si ipsum animal,  
quod nocuit, tradiderit, et si ipsum damnum amplius  
estimetur c. ult. h. t. sed hoc non est intelligendum  
de animalibus sua natura ferocibus in aliquo loco  
per quem transitur ligatis, quorum traditio non  
sufficit. de hoc vid. § ult. Inst. si quadrupes  
pauper l. 40. ff. de adilitio edicto. R. III.

27 Subinde etiam aliquis ad restitutionem damni per  
alium dati tenetur: Sic I. si ex domo in plateam  
per quam vulgo transitur aliquid ejectum vel effusum  
sit, quod transeunti nocuerit, qui domum vel cabi-  
cutum, unde dejectum est, principaliter inhabitat,  
ad duplum convenitur, licet non ipse sed alius  
effuderit vel egerit. Ipse tamen habitans ab  
eo, pro quo solvit, repetere potest l. i. ff. de his  
qui effud. II. is, qui mandavit damnum inferri  
ad restitutionem damni per alium dati tenetur, quod  
enim quis per alium facit, perinde est ac si ipse



fecisset. c. 72. de R. J. in 6.

Sed quid dicendum de consulente? R. regulariter neminem ex consilio obligari, cum alteri liberum sit consilio uti vel non, c. 62. de R. J. in 6. Excipe I. nisi consilium fuerit fraudulentum, et ei datum, qui alias non egisset. 2. nisi sit datum a persona, quae artem et scientiam proficitur in re, circa quam dat consilium. l. 4. §. ult. l. 8. ff. ad L. Aquil.

III. Ad restitutionem damni per alium dati tenetur, qui damnum, cum potuisset et ex officio debuisset impedire, non impedivit. 29

Q. 4. quid juris si plures simul et semel circa idem damnum concurrerint? R. si omnes fuerint aequales in inferendo damno, singuli tenentur in solidum, solutione tamen unus reliqui liberentur, l. si plures 17. ff. de Dolo. si inter illos 30

plures aliqui fuerint causa primaria damni, ut executores ad <sup>mandantes</sup> ~~mandantes~~, qui ipsis adhuc executoribus principaliores sunt: alij <sup>causa</sup> ~~causa~~ secundaria, ut consulentes, non obstantes, receptantes et similes. illi primo loco ad restitutionem obligantur; isti vero in subsidium et defectu, si priores solvendo non sint. Quod si unus ex pluribus in solidum et pro alijs conveniatur solvi, ac solvat, regressu contra reliquos pro rata habebit in foro interno, 31

et pro alijs conveniatur solvi, ac solvat, regressu contra reliquos pro rata habebit in foro interno, 32



et etiam externo, si ante solutionem fecerit sibi  
à damnificato actiones contra alios credi; ne in  
pari causa ipse sit deterioris conditionis quam  
alii, quibus eorum vel magis damnum imputandum fuit.

33 Quod si denique omnes damnificantes solvendo non  
sint s. sicut plerumque inter milites in bello injusto  
contingit: inopia tantisper, usquedum media sol-  
vendi adsint, excusat. l. nam is nulla b. ff.

34 de Dolo. Neque tenetur aliquis ex causa restitu-  
tionis seipsum necessarijs alimentis privare, saltem  
in foro conscientia, cum ordinato jure primò spectetur  
proprij individui conservatio, et in necessitate famis  
liceat etiam aliena subtrahere. Longius haec de-  
ducuntur apud Mol. d. tr. 2. Diss. 729 et aliquot seqq.  
Item apud Paul. Laym. in Theol. mor. t. 5. tr. 2. c. 5 et 6.

35 Q. 5. An sicut in jure civili damnum datum ex quasi  
delicto, vel quacunque culpa etiam levissima resar-  
ciri debeat, ita etiam in foro animo? Q. 1.  
ex causa aliena ac mere juridica vel ex quasi  
delicto non datur obligatio in conscientia ante  
sententiam judicis ad compensandum damnum. Rat.  
io, quia leges civiles ex quibus talis obligatio  
argui posset, censentur quasi penales, vel saltem  
nullibi dicunt, quod compensatio ante sententiam  
judicis fieri debeat; sed solum concedunt actionem  
ac proinde volunt, ut compensatio primò per  
sententiam judicis fiat. Q. 2. Ex culpa

36



Theologica ac propria etiā levissima probabilius  
 datur obligatio in conscientia compensandi damni,  
 Ratio, quia cum alteruter damnum pati debeat,  
 iustius est, ut damnum ferat, qui in culpa fuit,  
 quam damnificatus, qui sine culpa existit. idque  
 videtur plene decisum c. ult. h. t.

Interim si culpa adeo levissima et exigua foret, 37  
 ut in morali estimatione hominum damnum inde  
 secutum majori ex parte casui quam culpa adscri-  
 beretur, valde videtur probabile, damnificanti  
 non esse integram damni restitutionem injungendam,  
 sed partis tantum juxta proportionem culpa et pru-  
 dentis viri arbitrium, atque etiā in foro externo  
 saltem de equitate tali casu transactionem  
 inter partes à judice procurandam esse, per ea  
 quae tradit Lay. l. 5. tr. 3. p. 1. c. 6. n. 4.

Dixi Superius ex culpa mere juridica non oriri 38  
 obligationem ante sententiam judicis, quod intelligendum  
 est, si nullus interveniat contractus; <sup>Secus enim dicendum;</sup> ~~non alioquin~~  
 si quis ex aliquo contractu v.g. comodato, locato p.  
 teneatur mihi ad conservationem rerum mearum. Vid.  
 Engel n. 52.

## Tit. XXXVII.

### De Poenis.

Nota 1. Poena alia est ex delicto, et alia con- 1.  
 ventionis, illa emanat à Superiore, haec vero fit  
 de consensu partium, quam scilicet is solvere tenetur,



qui contravenit contractui, altero ad observante.  
2. c. 4. de arbit. \* Si tamen una pars non ser-  
vavit contractu quoad aliqua tantu, ut si sub  
poena tenebatur certo die 100 v.g. solvere, et  
tantu solverit 50, non tenetur ad integram  
poena, sed tantu pro rata, modo materia sit  
dividua, quod etiam tenendu, quando pactu plures  
habet articulos, et solum in uno contraventum  
est c. g. h. d.

3. Not. 2. quod poena delictorum aliquando sint ar-  
bitraria, seu juxta prudentia judicis infligenda,  
ut cum lex quidem actu prohibet, sed poenam  
non statuit, aliquando vero in jure expressa, et  
ha regulariter a judice, nisi sit P. Pontif.  
Princeps, ac jus aggravandi habeat, remitti nequit

4. c. 1. & 4. ff. ad S. C. Turpil. \* Dixi requi-  
situr; nam ob temporis, loci, personae, modi &  
circumstantias, quae ipsu delictu aggravant, vel  
minuunt, poterit etiam inferior judex a poena  
ordinaria recedere, et alia mitiore vel graviore  
imponere. Vid Tiraq. in tr. de pen. temperandis.

5. Not. 3. Antiquos canones in imponendis poenis  
ob nimium rigore in desuetudine abijisse, easque poenas  
6. ut plurimum factas esse arbitrarias. \* Itaque  
poena, quae de jure Canonico hodie sunt, recensentur  
I. praeter censuras Ecclesiasticas: I. subtractio  
fructuum beneficiatum, vel poena pecuniaria p[ro]p[ri]a



locis vel pauperibus postea distribuenda c. 2. h. l.

II. Poena carceris: nam de jure can. et etiam 7

hodierno usu iudicium saecularium carcer, non tantum  
est pro custodia sed etiam pro poena ad tempus.

vel si causa sit atrox et capitalis sit, in per-  
petuum quoque adhibetur, c. novimus 27. de verbor.

signif. c. 5. h. l. in 6. \* Ad hanc poenam carceris 8

etiam referri potest, quae olim frequenter in usu

erat, detrusio in Monasterium, non ut delinqueas

ibidem contra suam vel abbatis et conventus

voluntatem professionem facias, sed ut inclusus

maneat et poenitentiam agat, c. 2. de adult. et

passim alibi. III. Verberatio, seu modica casti-

gatio corporalis, quae non transeat in poenam san-

guinis, d. c. 2. et c. 1. de calumniator. c. in archi-

episcopatu 4. de raptoribus. IV. Privatio bene- 9

ficiorum; haec tamen poena, licet ipso jure sit lata,

probabilis tamen conscientia prius non ligat, quae

si sententia declaratoria sequatur c. 21. de haer.

in 6. Excipe, nisi canon in specie exprimat, quod

aliquis ipso jure sit privatus beneficio vel fructibus

etiam alia declaratione non secuta. V. Exilium 10

vel relegatio. c. 1. de calumniatoribus: et quidem

Episcopus potest relegare extra Diocesim, Archi-

episcopus vero etiam extra suam totam Provinciam

c. 1. et ibi Barb. n. 4. de arbitris. c. lacrima 11.

de privilegiis. VI. Depositio; est autem 11



Depositiō privatio ordinis clericali, eaq̃ duplex  
Verbalis et Realis. Verbalis est, quando per  
sententiā Episcopi vel Vicarij eidem speciale ad  
hoc mandatu habentis Clerico executio suoru  
ordinu et promotio ad altiores in perpetuum  
interdicitur: qui tamen clericus ita verbaliter  
depositu, seu quod in effectu idem est, perpetuo  
suspensus, manet adhuc clericu clericibus  
privilegiis gaudens. c. ad nostram homines 10.  
de judiciis. Barb. de off. Episc. alleg. 110. n.  
7. Imo post peracta penitentia cu tali de-  
posito Episcopus dispensare, et ordinibus suis  
eum restituere potest. c. 4. de judiciis.

12 Realis Depositiō s; aliā Degradatiō: est poena  
gravissima, qua clericu ob incorrigibilitatem  
et criminis atrocitatem solemniter non tantu  
ordine, beneficio, officio Ecclesiastico, sed ipso  
statu clericali, sive privilegiu fori et canonis  
privatur, et traditur curia seculari secundu  
leges puniendū. Pro eo tamen Ecclesia efficaciter  
i. e. serio intercedere debet, ne morte patiatur.  
c. 27. de v. f. Huius degradatiōis solemnitas  
in c. 27. de v. f. c. 2. h. l. in b. c. i. de  
haeret. in b. Trid. sess. 13. c. 4. de ref.  
describitur, videri etia potest Rituale.



Sed Q. 1. An iudex secularis Degradato  
 novu processu facere, et de iustitia causa  
 cognoscere possit? R. neg. in criminibz mere  
 Ecclesiasticis, secus in ijs, qua sunt mixti  
 fori, ut homicidia, magia C. Pan. in c. i. de  
 off. iud. n. 12. 13

Q. 2. Quana crimina merentur Degradatione? 14  
 Q. 1. qua c. g. de heret. et 4. eod. in 6. c. 7.  
 de crim. falsi. Can. 18. Cauf. ii. q. i. c. i.  
 de homicid. in 6. sunt expressa. Q. 2. qua  
 Etia ea, qua sunt atrociora, et Reipublica  
 magis damnosa, licet in iure non sint expressa.  
 Pan. in c. 4. de iudic. n. 6.

Q. 3. An Episcopus beneatur Degradatu tradere 15  
 curia seculari? R. non semper, sed quandoqz  
 poterit eum ad proprios carceres perpetuo condemnare,  
 si ha pro qualitate causa vel persona sibi vide-  
 atur. Glos. in c. i. de heret.

### Tit. XXXVIII.

#### De Pœnitentiis & Remissionibus.

Pœnitentiæ alia sunt publica, alia privata, sive  
 Sacramentales; erat enim hic antiquioris præ-  
 sertim Ecclesia usus, ut peccata publica cu hominu  
 scandalo patrata, non nisi publicâ confessione, et



paenitentia coram Episcopo et Paenitentiaro ad hoc specialiter constituto expiarentur: secretiora vero, et absq; majori scandalo facta confessione secreta et Sacramentali. c. ~~pro peccatis~~ ig. can. 2. q. 1. et c. 1. h. t.

2 Publica paenitentia alia est Solemnis, alia non Solemnis. Solemnis paenitentia est, quae solemniter in Ecclesia cum caeremonijs certis indicitur, et peragitur, quae caeremonia describuntur in c. in capite. 64. dist. 50. ut scilicet ad initium quadragesimae publici peccatores et paenitentes induti sacco, et nudis pedibus ad Ecclesiam veniant, et inde a Ministris Ecclesiae certo ritu et certis orationibus dictis expellantur.

Publica paenitentia non Solemnis est, quae ex publica quidem confessione, seu publico delicto sed absq; caeremonijs Ecclesia indicitur, ut si alicui publice jejuniu vel peregrinatio imponitur, de quibus paenitentibus videri poterunt Canones paenitentiales, qui solent imprimi post Decretum Gratiani.

3 Ista quoque <sup>quidem</sup> ~~paenitentia~~ publica et Solemnis paenitentia hodie parum in usu sunt, mandat tamen Concilium Trid. sess. 24. de Reform. c. 8. ut publice cum scandalo peccantibus publica etiam paenitentia pro qualitate et gravitate culpe imponatur, et sic adimpleatur dictu Apostoli 1 ad Tim. 5.



qui vult publicè peccantes palam esse puniendos,  
nisi Episcopus judicaverit pro circumstantia rei magis  
expedire, ut poenitentia publica in secreta com=  
mutetur.

Privata deniq; poenitentia est illa secreta  
confessio sacramentalis coram sacerdote facta,  
de qua prolixig tractant Theologi morales et  
Scholastici.

Porro Remissio est condonatio satisfactionis sive  
pene temporalis Deo pro peccatis debita, quo  
remissio alio nomine indulgentia nominatur c. q. h.  
De hac consule Theologos.

## Tit. XXXIX.

### De Sententia Excommunicationis.

#### Sectio I.

##### De Censuris in communi.

Hic indagabim; naturam, causas, conditiones requi=  
sitae ad censuras, ac quis eas ferre possit.

§ 1.

Quid est quotuplex sit censura.

Dico 1. Censura est poena Ecclesiastica spiritualis  
et medicinalis fori exterioris, privans usu aliquorum  
bonorum spiritualium, ut à contumacia recedatur. Ita  
in re Communis.



2 Explicatur Definitio. Dicitur 1.<sup>mo</sup> poena loco generis  
2.<sup>do</sup> Ecclesiastica, ut denotetur causa efficiens cen-  
sura, quae est persona Ecclesiastica. 3.<sup>to</sup> Spiritualis  
quia est poena animae non corporis, privans rebus  
spiritualibus non corporalibus. 4.<sup>to</sup> medicinalis quia  
est ordinata ad salutem delinquentis. 5.<sup>to</sup> fori  
exterioris, per quod habetur differentia à poena  
quae à Confessario in foro interno infligitur.  
6.<sup>to</sup> privans usu per quae verba indicatur effectus  
censurae. 7.<sup>mo</sup> aliquorum bonorum spiritualium, quia  
non privat omnibus bonis spiritualibus; neque  
enim privat caractere, gratia sanctificante, virtutibus  
infusis &c. sed tantum tollit quaedam externa ac  
communia, ut sunt sacrificia, officia divina, ad-  
ministratio et susceptio sacramentorum, indulgentiae,  
publica Ecclesiae suffragia &c. Ex hac definitione  
ita explanata

- 3 Inferes I. Depositionem et Degradationem non  
esse censuras. Ratio, quia non sunt poena me-  
dicinales, et eo sine infliguntur, ut à contumacia  
recedatur, sed solum ut puniatur delictum, etiam  
quandoque iam emendatum, unde neque per absolutionem  
ut censura tolluntur.
- 4 II. Cessationem  
à Divinis non esse censuram. Ratio, quia neque  
imponitur delinquenti ut à contumacia resipiscat,  
sed ad injuriam Ecclesiae illatam propellendam.
- 5 III. Neque irregularitatem esse censuram, quia



irregularitas quandoq; oritur tantu ex defectu, et  
 si non habet ratione poena; quandoq; vero oritur  
 ex delicto, et tunc habet quidem ratione poena  
 sed tamen non est medicinalis cu sit vindicativa  
 atq; ea se perpetua, unde non tollitur per abso-  
 lutione, sed per dispensatione. qua propter si tibi  
 concedatur potestas absolvendi a censuris, prout  
 fit in jubileo, ne putes te hoc ipso posse dis-  
 pensare in irregularitate. IV. Si per censura

6.

Ecclesiastica <sup>quis</sup> privatur aliquo bono temporali v.g.  
 convivio humano, habilitate percipiendi fructus,  
 id fit tantu secundario et per ordine ad spiritualia.  
 Ratio, quia poena, qua infligitur per eas, per se  
 primo respicit res spirituales, et tantu secundario  
 temporales.

Dico 2. Censura triplex est, scil: Excommunicatio,  
Suspensio, et interdictu. Ita comunis.

7

Porro alia est a jure, alia ab homine: illa est,  
 qua per legem vel statutu servatur contra sub-  
 ditos, qui certu aliquod crimen commiserint; haec  
 est, qua per praeceptu vel sententia inferioris infligitur,  
 ista morte conditoris expirat, non sic illa.

Rursus alia est lata, et alia ferenda sententia:  
 haec est, alia ipso facto incurritur, alia primum  
 a iudice Ecclesiastico ex praescripto tamen juris  
 infligitur.



A quibus et in quos possit ferri Censura.

8) Suppono, penes sumum Pontificem esse instituire Censuras, quod maxime inuitur per illud i. ad Tim. 2. tradidi cuiusmodi hominem Sathana s. intellige in interitu carnis: ut dicat non blasphemare. sed penes quos sit illas infligere modo inquiritur. pro quo

9) Nota potestatem ferendi censuras duplicem esse; una est ordinaria qua scilicet competit alicui ratione officij vel dignitatis. alia est delegata, qua competit ex concessione, vel commissioe illi, qui habet ordinaria.

10) Dico 1. Omnis et solus superior Ecclesiasticus habens jurisdictionem in foro externo potest jure seu potestate ordinaria ferre censuras. Ita communis.

Itaque Censuras jure ordinario ferre potest I. summus Pontifex pro omnibus Christianis. II. Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, ~~et~~ vicarius generalis.

III. Cardinales, Legati à latere. IV. Vicarius capituli, vel capitulum sede vacante. V. Concilia generalia et provincialia, Abbates, Praepositi Ecclesiarum collegatarum. VI. Generales, Provinciales, Praepositi, Rectores, Quardiani, alijs superiores locales respectu suorum subditorum. Parochi tamen, cum nulla in foro externo habeant jurisdictionem, hac potestate non possunt.

11) Dico 2. Potestate delegata ferre censuras possunt







se; si tamen in haeresim laberetur, tunc à Con-  
cilio generali excommunicari posset, quia in hoc  
casu consiliū generale est supra Papā, prout  
colligitur ex c. p. Papa. D. 40.

16. Inferes 4. Licet spectato jure comuni antiquo  
possint Reges ab Episcopo censurari; at modo  
sibi hanc potestatem reservant Summi Pontifices.

§ 3.

Ob qua causa possit ferri Censura.

17. Dico 1. Censura gravis non potest ferri nisi prop-  
ter peccatū mortale externū, consummatū ac con-  
junctū cum contumacia. Ita comūnis. Ratio est  
1.<sup>mi</sup> quia alias poena non esset proportionata culpa.  
Ratio 2.<sup>di</sup> quia Ecclesia tantū judicat de externis;  
hinc levis percussio Clerici etsi cū intentione mor-  
tali fiat, non subiacet excommunicationi majori. Ratio  
3.<sup>ti</sup> quia poena et odia sunt restringenda; hinc  
excommunicatione homicida non incurrit lethaliter  
vulnerans, nisi mors sequatur, neq; juvans consu-  
lens, mandans, nisi expressè id in lege penali ponatur.  
Ratio 4.<sup>ti</sup> desumitur ex definitione censurae. Ex hoc

18. Inferes 1. eum non incurere censurā qui vi, vel  
gravi metu v.g. mortis, infamiae, damni, scandali p.  
legem Ecclesiasticā transgreditur. Dixi legem  
Ecclesiasticā, nam transgrediente lege naturalem  
aut Divinā nullā incurere censurā, certū est apud  
DD. Ratio, quia talis non est contumax, aut



pernaciter obfist auctoritati Ecclesie.

Inferes 2. Nec eum censuram innodari secundum pro- 19  
 habilem sententiam, qui ex ignorantia non crassa  
 seu supina agit contra id, quod sub cominatione  
 censura preceptum aut prohibitum est, sive illa ignoran-  
 tia sit juris sive facti. Ratio, quia utrobique deest  
 contumacia contra auctoritatem Ecclesie.

Dico 2. Excommunicatio vel alia quacunque censura nunquam 20  
 infligenda est sine procedente monitione et cominatione.  
 Ratio, quia censura ferri non potest nisi in eos, qui  
 contra Ecclesiam sunt contumaces: sed pro talibus non  
 sunt habendi, nisi qui audita monitione et cominatio-  
 ne censura parere detrectant. Ex quo

Inferes, eiusmodi censura si in aliquo absque omni monitione 21  
 et cominatione feratur ob peccatum mere preteritum,  
 non modo injusta sed invalidam esse.

Porro circa hanc cominationem quedam sunt notanda. 22

1<sup>ma</sup> est, ut censura juste ferri possit, monitione hanc  
 de jure triam esse debere interjecto triam vel saltem  
 duorum dierum intervallo, quamvis sufficiat unica s. monitio  
 de Vg. pro tribus vicibus: quando praefigitur tantum  
 temporis spatium, quantum pro tria sufficeret. c. 48. h. t.

2<sup>da</sup> est, monitionem hanc faciendam esse ad reum perso-  
 naliter, nisi malitiose latitet, in hoc enim casu satis  
 est, si citatio et cominatio censura fiat ad eius  
 domum, velvas Ecclesie, vel alium locum publicum, unde



ipsi innotescat. quod si hoc modo citatus contumaciter non compareat, etsi absens, censura affici potest.

3<sup>tu</sup> est, canonicam hanc monitionem tantum requiri ad censuram infligendam ab homine, quo enim à jure fertur, jam sufficientes per legem admonet. si tamen reus, ut docet Layman, excommunicationem aliamve censuram ipso facto contraxit, antequam declaretur aut denunciatur, à iudice citandus est, data illi copia sua defensionis, nam hoc ei naturali jure ei debetur. Excipere tamen nisi de evidentia criminis constet.

23. Ceterum circa censuras infligendas quaedam ceremonie observari debent. I. ut pro censura ab homine ferenda procedat tria monitio, vel una peremptoria c. 48. h. d. II. ut ipsa sententia ex scripto recitetur. c. i. h. d. in 6. III. ut causa censura exprimat. IV. ut ipsi reo petenti intra menses tradatur.

## Sectio II.

### De Excommunicatione.

§ 1.  
Quid et quod duplex sit Excommunicatio et quando incurratur.

23. Dico I. Excommunicatio recte definitur Censura Ecclesiastica privans Ecclesiastica communione fidelium.

Definitio defonctis: Dicitur I. Censura Ecclesiastica loci generis. II. privans communione fidelium, per quo



habetur differentia à suspensione et interdictione, nam sus-  
pensionis tantum privat Ecclesiastico ministerio; inter-  
dictum vero latum rebus Divinis aut officiis. III additur  
Ecclesiastica, quia Excommunicatio non privat aliam com-  
munionem, quia eam quo pendet à potestate Ecclesiae, qua  
est externa non interna.

§ico 2. Excommunicatio rectè dividitur in Majorem 24  
et Minorem, patet ex c. de Presbyteris 17. q. 4.

Minor est ea, quae tantum privat usum passivum seu recep-  
tione sacramentorum. Major, quae etiam dicitur ana-  
thema, privat omni communione Ecclesiastica.

Ceterum excommunicatus excommunicatione majori dupli-  
citer considerari potest, vel ut tolleratus, quod fideles  
vitare non tenentur, vel ut non tolleratus, quem te-  
nentur vitare. Et quidem post concilium Constant.  
non tolleratum sunt tantum duo genera scilicet:  
notorij Clerici percussor, ac quivis nominatim ex-  
communicatus, publice denuntiatus. unde

Resolves 1. In Germania, Gallia & Italia est 25  
Catholicis cum haereticis communicatio, quia non sunt  
nominatim excommunicati ac publice denuntiati.

2do Non tenentur vitare v.g. Cajus licet nomi-  
natim excommunicatus, aut publice constet ob enorme  
aliquod delictum excommunicationem incurrisse, priusquam  
publice denuntietur excommunicatus.

3to Si Papa dicat, excommunicamus Cajum cum omnibus  
eius complicibus, minime tenentur Complices vitare, licet



notorij sint, eoquod non sint nominatim excommunicati.  
4.<sup>to</sup> Non teneris vitare excommunicatum, qui privatim  
in conclavi vq. denuntiatus est. Ratio, quia deficit  
publica denuntiatio. 5.<sup>to</sup> Non teneris vitare  
eum, qui uno vel altero inspiciente percussit clericum  
quia talis necesse est notariq.

26 Porro Excommunicatio major ex duplici potissimum  
capite incurritur I. cum superiori aliquid sub poena  
excommunicationis adhibitis omnibus ceremonijs et con-  
ditionibus precipiendi, aut prohibendi non paretur. II.  
quando aliquid committitur, quod ab ipso jure pro-  
hibetur, vel precipitur sub poena Excommunicationis;  
tales autem Excommunicationes multas invenies in  
jure Canonico et Bullis pontificijs, solentque  
reduci ad tres Classes. I.<sup>ma</sup> Comprehendit Excom-  
municationes nulli reservatas. II.<sup>da</sup> Reservatas  
Papo extra Bulla cano. III.<sup>ta</sup> Reservatas Papo  
in Bulla cano. De his vid. Pichler t. 5. h. 8.

§ 2.

Dequam causa incurritur Excommunicatio minor.

Item  
Quosna effectus habeat?

27 Dico 1. Excommunicatio minor ob sola communicatione  
cum excommunicato non tollerata incurritur, Ita DD.  
comuniter. ex c. 2. de except. c. 15. 29. 55. h. 8.  
advertite ut haec Excommunicatio incurritur non requiritur  
communicatione cum excommunicato mortaliter malam,



sed sufficere quandoq; venialiter mala v.g. ob sola  
confabulatione.

Dico 2. Effectus eius est privare passivam participa- 28  
tione Sacramentorum et Ecclesiastici beneficii. Ita ha-  
betur c. si celebrat. de cler. exc. unde

Resolves 1.<sup>mo</sup> qui irreligiosus est excommunicatione minori  
mortaliter peccat, si absq; justa et urgente causa  
recipiat Sacramenta. Ratio, quia hoc ipsi graviter  
utpote in materia gravi prohibitu est; id etiam  
extendas velim ad eum, qui ei sacramenta ministrat.

2.<sup>do</sup> Qui ligatus est Excommunicatione minori privatur elec-  
tione passiva ad beneficia, i.e. non potest eligi, aut  
presentari ad ea: quod si nihilominus eligeretur, electio  
tunc non esset irrita, sed tantu irritanda, non tamen  
privatur activa electione aut presentatione: ita DD. passim.

Adverte privatione Beneficii Ecclesiastici non esse 7  
effectu Directu Excommunicationis minoris, quemadmodu  
privatio passiva Sacramentorum, sed tantu indirectu.

Ceteru ab Excommunicatione minori absolvere potest, 29  
qui potest a mortalibus, an etia ille, qui a solis  
venialibus absolvere valet id possit, controversatur.  
Videtur tamen S. Thomas tenere sententia affirmativa  
in 4. D. 8. q. 2. a. 5. ubi ait, a minori excommunicatione  
quilibet potest absolvere, qui potest absolvere a peccato  
participationis. Subsumo, atqui peccato participa-  
tionis seu communicationis talis in civilibus regulariter  
est veniale ut infra dicitur. q. 6. c.



## De effectibus Excommunicationis Majoris.

30 Effectus 1.<sup>mus</sup> Excommunicationis majoris est privatio communium suffragiorum Ecclesie. Ita DD. omnes. ex c. 38. h. d. unde si applicas pro excommunicato horas Canonicas vel alias orationes, que fiunt nomine et in persona Ecclesie, peccas mortaliter, quia agis contra preceptum Ecclesie graviter prohibentis talia suffragia.

Dices: feria sexta Parascev. etiam fit pro excommunicatis publica oratio: ergo p. R. id fieri ex concessione Ecclesie, qua tunc ad exemplum Christi orat pro inimicis.

Dixi communium suffragiorum, quia orationes privatas offerre licitum est pro excommunicato etiam vitando, imo Sacerdos potest tanquam persona privata pro excommunicatis orare etiam in publicis precibus, quin etiam actionem sacrificii, prout pendet ex privato merito operantis offerre.

31 2.<sup>dus</sup> effectus est privatio susceptionis sacramentorum passiva c. 32. h. d. Ita ut ta tolleraty, qua non tolleraty mortaliter peccent, si presumant sacramenta suscipere. Excusat autem ignorantia juris aut facti, periculum mortis, aut alteriq. gravis damni.

32 3.<sup>tus</sup> est, quod sub mortali prohibita fit excommunicato administratio sive usus activus sacramentorum c. eod. hic tamen effectus tantum extenditur ad



excommunicatum non tolleratum, et quidem quando nulla ipsius aut proximi utilitas aut necessitas arget; hinc die Dominica licet legis Missam ut Parochiani ea audire valeant.

4<sup>us</sup> effectus est, privatio divinorum officiorum et rerum sacrarum, unde sub mortali excommunicato prohibetur est cum alijs fidelibus communicare in divinis officijs; quibus tamen non comprehenditur concio; nisi justa et urgens necessitas causa excuset.

L. Cum excommunicatus vitandus sit et quidem sub mortali, quid faciendum cum presumat audire Missam.

R. Observari debere sequentia: monendus est, ut exeat, si nolit debet expelli licet sit clericus. quod si nulla vis adversus contumacem quidquam proficiat, Missa, que si jam incepta sit, celebrans debet abrumpere, si jactet necdum canone inchoavit, hoc enim inchoato poterit vel prosequi Missam omnibus tamen exeuntibus, vel ut alij volunt, abrumpere. Si autem jam consecravit, perficere debet sacrificium usque ad summationem calicis inclusive, reliquis postea in sacristia perficiendis. Nota celebrante coram excommunicato non tantum excommunicationem minorem sed etiam interdictum ab Ecclesia incurrere. c. 8. de privil. in 6.

5<sup>us</sup> effectus est inhabilitas ad omnia beneficia Ecclesiastica, unde nulla est presentatio vel



lectio, institutio ac confirmatio beneficij facta ex  
comunicato, idq; licet ignoretur excommunicatio, quia  
licet eimodi ignorantia excuset à culpa, inhabili-  
tatem tamen procedente non aufert, nec reddit  
actum validum, qui alias erat invalidus. c. 8. de  
Cler. excom. ministr.

36 6.<sup>lus</sup> est privatio communicationis forensis, unde ex-  
comunicatus nequit esse iudex, advocatus, Procurator  
testis &c. quia scilicet excommunicato prohibita est  
omnis humana communio.

37 7.<sup>mus</sup> est privatio jurisdictionis Ecclesiastica saltem quo  
ad non toleratum; nam quoad toleratum disputant DD.  
Atq; excommunicatus non toleratus non potest valide con-  
ferre beneficia, eligere, presentare, ferre leges &c. c. 24  
de sent. et re jud. Excipiunt tamen DD. electione  
Papa facta à Cardinalibus excommunicatis.

38 8.<sup>vus</sup> effectus est privatio Ecclesiastica sepultura saltem  
quoad non toleratum c. 38. h. 1. Si confitetur autem,  
pie et inter signa poenitentiae obijse excommunicatum  
toleratum, in loco sacro sepeliri potest. hinc cum  
de haereticis id non confitetur, merito in Germania  
privantur sepultura Ecclesiastica. probabilis tamen  
non potuitur Ecclesia per tale sepultura, quemadmo-  
dum per sepultura non tolerati, qui heretici debent  
exhumari si possit discerni. hinc talem sepelientes  
peccant mortaliter, nec possunt divina officia in eo



Loco peragi ante reconciliatione.

9.<sup>us</sup> et ultimus effectus est quoad non tolleratur privatio  
communicationis fidelium non solum in Divinis sed etiam  
in civilibus, idque in casibus sequenti versu comprehensis.

39

Os, Orare, vale, communio, mensa negatur.

Per os prohibetur allocutio, confabulatio sive per litteras sive per signa. Per orare communicatio in Divinis. Per vale, omnis salutatio honorifica et probabilis resalutatio. Per communio quovis Societas cum excommunicato. Per Mensa vetatur ne simul cum eo comedat, saltem per modum societatis.

Nota hanc communicationem in civilibus ad excommunicatum cum alijs fidelibus, quae fidelium cum eo, si absit contemptus et scandalum regulariter tantum peccatum veniale esse. Ratio, quia ut plurimum est circa res levioris momenti. Ita DD. communiter.

Q. An aliquando liceat cum non tollerato extra Divina 40  
communicare? R. quod sic, et quidem in his quinq[ue]

casibus: I. In casu utilitatis sive spiritalis ipsius excommunicati v.g. ut convertatur, sive alterius, ut ab excommunicato consilium petat, quod ab alio habere non potest: sive etiam utilitatis temporalis v.g. ut ab eo restitutio petatur. II. In casu legis matrimonialis, quomodo uxor cum marito communicare potest.

III. In casu subjectionis quomodo filij etiam adoptivi, Nepotes, Pronepotes parenti, Servi domino s. modo



ante Excommunicationem fuerint in servitio: Religiosi  
Prelato communicare possunt. IV. In casu ignorantia  
juris vel facti. V. In casu necessitatis sive spiri-  
tualis sive temporalis. et hi casus hoc versu compre-  
henduntur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

§ 4.  
Quomodo Clerici percussio intelligenda sit.

Item  
Quis ab Excommunicatione absolvere possit.

241  
Excommunicatio Clerici continetur in Canon Si quis  
si quis suadente diabolo suadente diabolo. 29. C. 17. q. 4. his verbis, si clericus  
vel monachus violentas manus injecerit anathematis  
vinculo subjaceat, et nullus Episcoporum presumat illi  
absolvere.

Explicatur Canon. Dicitur I. Si quis intellige  
cuicunque, sexus aut status, impubes etiam, dummodo  
rationis compos sit, imo etiam extenditur ad man-  
dantes, consulentes, non impedientes, si saltem  
ex officio tenebantur impedire, ad hoc expresse  
colligitur ex jure Excommunicatio apud Layman tr. 5.  
p. 2. c. 5. n. 6. Dicitur II. Clericum scilicet  
qui primam tonsuram saltem est initiatus, modo  
serviat alicui Ecclesiae, habitumque gestet clerica-  
lem. Item etiam excommunicatus, degradatus &  
verbaliter sanctus. Dicitur III. Monachum ni-  
mirum quemlibet Religiosum et conversum, item



Tertiarios s. Dominici ac s. Francisci, modo  
 gestent habitu et vivant in comunitate. Ite.  
 Eremitas sub regula vel aliquo superiore viventes.  
 Dicitur IV. violentas manus, intellige quolibet  
 actione contumeliosa exteriori mortale, quo  
 inferitur ipsi Clerico seu rebz ipsi adherentibz.  
 Ex dictis resolves sequentes casus ex Busenb. et aliis  
 per ordine descriptos. I. Incurrit hanc excom-  
 municationem qui talem conspuat, conspergit aqua,  
 conspurcat tuto, evellit crinem, lacerat vestem,  
 eripit aliquid per vim et injuria de eig corpore  
 vid. Reiffenst in h. tit.  
~~ita ut acta s. graviter injuriosa.~~ II. qui  
 concludit aut violenter detinet in carcere vel  
 loco unde sine dedecore non potest exire. III.  
 si persequitur ut in flumen vel fossa equo  
 decidat. IV. qui manz violentas inicit in equum  
 sistendo per frang. V. qui aliquid supra dicto-  
 rum facit etiam clerico consentiente, dummodo  
 sit injuriosu ordini Clericali. VI. Clericus  
 si seipso ex malitia aut passione percutiat  
 injuriose, secus si ex devotione. VII. qui  
 percutit clericum etiam merito si fiat vel per  
 quem non debet, ut si morte dignus puniatur a  
 Judice seculari, vel modo illicito, ut si a Prelato



puniatur per laicum.

213

Ceterum plures causas reperiuntur ab ista Excommunicatione excusantes, quas ad 4 Capita reducere possumus. I. est parvitas materia et quacumque excusant à peccato mortali, sacrilegii. II. est titulus defensionis dum nempe quis ut defendat suam vel alienam salutem, honorem, famam, pudicitiam aut bona fortuna, clericum invasorem percutit. III. est titulus correctionis competitus Praebato, Praeceptoris, Magistro &c. IV. est difficultas compescendi iustum dolorem, ac reprimendi impetum vindictae in eo, qui clericum deprehendit cum uxore, matre, sorore aut filia sua surpiter agere.

44

Q. pro resolvenda secunda & parte, quis absolvere possit ab Excommunicatione? Q. 1. ab excommunicatione non reservata quis absolvere potest qui potest à mortalibus. Q. 2. ab Excommunicatione reservata per se loquendo solus is potest absolvere, qui eam tulit, et non alius nisi sit eius Superior, vel Successor, vel Delegatus. Dixi per se loquendo, nam per accidens, <sup>absolvere</sup> possunt I. quisvis Sacerdos etiam non tolleratus in articulo mortis, si alius desit; debet tamen absolvendo prius petere iuramentum, quod proxima occasione se sistat ei, qui habet ordinariam potestatem, alioquin incidit in Excommunicationem. II. Mulieres, et qui



ante pubertatem inciderunt in Excommunicatione.  
 Papa reservata ob percussione Clerici, absolvi  
 possunt ab Episcopo etiam post pubertate. III. Re-  
 ligiosi mutuo sese percutientes absolvi possunt  
 à suis Prelatis, quod si percuteretur abbas  
 tunc recurrendum esset ad Papam. IV. qui propter  
 legitimu impedimentu sedem apostolica vel legato  
 adire non possunt, absolvi possunt ab Episcopo,  
 tales sunt valetudinarii, pauperes, famuli,  
 uxores. V. absolutio ab Excommunicatione in-  
 cursa propter percussione enormem Clerici, jure  
 comuni reservata est Pontifici, si vero  
 comparata cum enormi, judicetur levis, licet ali-  
 oquin mortalis sit, tunc sola erit reservata  
 Episcopo. Sed haec omnia intellige quoad  
 foru externu; nam quoad foru conscientia  
 Episcopi possunt suos subditos absolvere ab  
 omniq censuris occultis Pontifici reservatis.  
 Item privilegiati quales communiter sunt Re-  
 ligiosi cum possint ab omniq casibz Papa  
 reservatis s: exceptis ijs, qua in Bulla Cano-  
 continentur s: absolvere, consequenter etiam  
 possunt à censuris ijs annexis. Ratio, quia  
 ut penitens tunc absolvatur à peccatis refer-  
 vatis, prius debet à censuris absolvi, ac proin-



qui habet sibi concessa facultate absolvendi  
à peccatis reservatis, eo ipso habet facultatem  
absolvendi à censuris eisdem generis.

### Sectio III.

#### De suspensione & Interdicto.

§. 1.

Quid et quod duplex sit suspensio, et quis  
eius effectus.

245. Dico 1. Suspensio est censura, quæ Clerico  
prohibetur usus potestatis Ecclesiasticae. Ita comu-  
niter omnes.

Dicitur I Censura loco generis. II. Clerico, ut  
significetur subjectum proprium, quales sunt Clerici  
saltem prima tonsurâ initiati. III. prohibetur  
usus potestatis Ecclesiasticae, ut intelligas per  
Suspensionem non auferri ipsa officium seu potesta-  
tem ordinis, jurisdictionis aut jus beneficii Ecclesi-  
astici, sed usum tantum et exercitium impediti.

246 Dico 2. Suspensio alia est ab officio, sive id  
sit ordinis sive jurisdictionis: alia à beneficio,  
alia ab utroque. Item suspensio ab officio vel est  
à toto, vel à parte tantum, scilicet à functione  
ordinis vel jurisdictionis. Porro suspensio  
beneficii vel est à beneficio absolute, vel à



quibzdam tantu functionibz eius rationi competen-  
libz. Ita in re fere omnes. Ex quibz

47

Collig. 1. eum, qui suspenditur ab officio in hoc  
ipso suspendi à beneficio et vicissim, qui suspen-  
ditur à beneficio, non suspendi ab officio. Ratio,  
quia sunt diverse pars ab invicem separabi-  
les, unde suspensus ab officio potest percipere fructus  
beneficij, dumodo vel per se, vel per aliu onera  
exequatur; sicuti etia suspensus à beneficio  
non solum potest, sed etia tenetur officio suo  
satisfacere Vg. legere horas Canonicas, juris-  
dictionis q. qua ipsi competit vi officij exercere.

48

Coll. 2. qui suspensus est ab ordine non debet  
censeri suspensus à jurisdictione, si haec nulla  
includat functione ordinis et vicissim. Ratio quia  
ut prius, quia sicut dari potest jurisdictione sine  
ordine, Ita vicissim ordo sine jurisdictione.

49

Dico 3. Suspendio obligat in conscientia ex  
genere suo mortaliter, unde actus prohibitus  
exercens, mortale peccatum committit. Ratio, quia  
violat preceptum Ecclesie in re gravi, imò si  
exerceat actus ordinis, à quo suspensus est  
sit irregularis, ut patet ex c. i. conscientia  
rejud. in 6. Nihilominus si actus, qui prohibitus  
est, exerceatur à suspensus vitando seu denun-  
tiato, modo non sit actus jurisdictionis, valore

absolventi  
sacellatam  
is.  
Dicho.  
io, et qui  
qua clericis  
sa. In com.  
clericis, ut  
les suis clero  
prohibetur  
aliquis per  
Dico 3. Suspendio  
episcopi  
impediti.  
is, sive d  
à beneficio,  
officio vel ep  
sanctificati  
les suspensio  
d. vel à



quod habet, sic igitur valida erit collatio  
Baptismi, consecratio & imo etiam validus  
erit actus jurisdictionis v.g. absolutio juris-  
dictionis, si suspensus sit occultus, seu toleratus.

§ 2.

Quomodo cesset suspensio?

90 **S**uppono 1. Suspensionem ferre posse, qui potest Ex-  
communicationem, scilicet qui in foro contentioso juris-  
dictionem habet Ecclesiasticam.

si **S**uppono 2. Non tantum clericos in specie sed etiam  
in communi seu totam communitatem clericorum v.g. capitulum  
& quia saepe collegium suspensionem incurere posse juxta c. 7 de  
Elect. in 6.

Hoc tamen cum distinctione intelligas velim, nam  
communitas dupliciter potest suspendi 1.<sup>o</sup> collecti-  
ve, i. e. quatenus est unum corpus politicum habens pro-  
pria bona et actiones. Ita ad communitatem perti-  
nentes ut non pertineant ad singulas v.g. con-  
ferre beneficia, presentare &c. et dum hoc  
modo capitulum suspenditur, non est necesse  
ut singuli capitulares sint rei. 2.<sup>o</sup> Distribu-  
tive, ita ut suspensio pertineat ad singulas  
personas, et tunc necesse est ut singula de-  
liquant, quia ubi nullum delictum ibi nulla  
poena locum habere valet.



Suppono 3. Suspensionem aliam esse penalem 52.  
 qua fertur in penam ac vindictam delicti mere  
 proteriti, aliam medicinalem qua imponitur  
 in medicina propter contumacia, ut scilicet ab ea  
 fiat respicientia, et haec proprie est censura.  
 his ita praesuppositis fit

Dico 1. Suspendio pure penalis tollitur 53.  
 I. per termini constituti lapsu, aut impletionem  
 impositi oneris absque alia absolutione. II. per ab-  
 solutionem quando scilicet est simpliciter lata in penam  
 sine determinatione temporis. III. per dispensationem

Dico 2. Suspendio medicinalis expirat hoc ipso 54.  
 quod contumacia cesset, sed tamen tolli debet  
 per absolutionem. Ratio, quia hoc proprium  
 est omni censura.

Q. quis a suspensionis censura absolvi possit? 55.

R. I. eum, qui ea tulit, eius successor aut  
 Superior ferentis. II. Episcopus potest subditos  
 suos in sua diocesi per se ipsum aut vicarium  
 suum a suspensione etiam Lapso reservata absol-  
 vere, ut patet ex Concilio Trid. sess. 24. de reform. c. 6.

III. Communiter Religiosi ex privilegio possunt  
 absolvi ab omni suspensione in foro conscientiae.

Ceterum suspensiones a iure latis videre poteris  
 apud Pichler l. 5. h. 1.



56 De quidditate et Divisione Interdicti.  
 Dico. Interdictum est Censura Ecclesiastica prohibens usum quarumdam rerum sacrarum, quatenus est precise usus talium rerum. Ita in re omnes.

Dicitur I. Censura Ecclesiastica loco generis.  
 II. rerum sacrarum puta quorundam sacramentorum  
 Divinorum officiorum et Ecclesiastica sepultura. III.  
quatenus precise est usus p. in quibus differt  
 interdictum huc ab Excommunicatione, quia haec privat  
 quidem usum rerum spirituum, sed quatenus usus ille  
 simul est communicatio cum fidelibus; interdictum  
 vero communicatione non privat, sed tantum usum  
 rei sacrae: huc à Suspensione, nam haec non pri-  
 vat simpliciter usum passivum passivo sed activo,  
 sive potestatis Ecclesiasticae exercitio, quam-  
 quis vi ordinationis accepit, unde suspensio est  
 tantum in clericis, interdictum vero etiam in laicis.

57 Dico 2. Interdictum aliud est locale, aliud per-  
 sonale, et aliud mixtum. Locale est, quo inter-  
 dicitur locus, ne in eo Divina officia celebren-  
 tur aut Sacramenta administrantur. personale  
 est, quo persona particularis vel communitas  
 personarum interdicitur, ne ubicunque sit, Divinis  
 officijs assistat, aut Sacramenta recipiat.



mixtu[m] complectitur personale et locale.

Porro interdictu[m] aliud est generale aliud parti-  
culare. hoc est, quo locus aliquis particularis V.g.  
Ecclesia, vel quo una persona vel plures persone  
interdicuntur. illud vero est, quod in locu[m] genera-  
lem V.g. in Diocesim, Regnu[m] &c. vel in comunitate  
V.g. Capitulu[m], collegiu[m] &c. fertur.

Inferes i. Si interdicatur civitas, etiam suburbia  
consentur interdicta, sicuti si Parochia inter-  
dicatur etiam sacellu[m] et cimiteriu[m] contiguu[m]  
interdicta habentur. Ratio, quia accessoriu[m]  
sequitur natura[m] principalis, cr. 7 2<sup>do</sup> interdicto 7 de r. 7 in 6.  
populo non interdicuntur studiosi peregrini, Cle-  
rici, quia non sunt pars populi. Si interdi-  
catur clerus, religiosi minime interdicto sub-  
jacent, quia tantu[m] nomine clerici veniunt,  
quando res est favorabilis.

§ 4.

De Effectibus interdicti.

Item

Quis ferre aut auferre interdictum valeat? 60

Dico. Per interdictum prohibetur usus seu par-  
ticipatio quorunda[m] sacramentoru[m], Divinorum  
officioru[m], ac sepultura Ecclesiastica. Ita  
Comunis. Dixi notanter quorundam



Sacramentorum, nam aliqua in jure excipiuntur, in primis enim sacramenta Baptismi et confirmationis solemniter tempore interdicti ministrari possunt, etiam sacramentum penitentiae, praeterquam ijs, qui sunt in causa culpabili, ob qua tunc interdictum, nisi prius satisfecerit, vel satisfaciendi cautionem dederit.

Eucharistia non nisi à  
Eucharistia à tempore interdicti non nisi in articulo mortis per modum viatici ministrari potest, quod idem sentiendum esse existimant gravissimi auctores. De extrema unctione in extremo necessitatis casu, quando scilicet alia non possunt suscipi sacramenta.

Q. L. quid notandum sit circa divina officia?

A. sequentia. I. nomine Divinorum officiorum veniunt Missa sacrificium, hora Canonica quo publice dicuntur. Benedictiones solennes, uno verbo, omnia quo publice ad cultum Divinum fiunt à personis Ecclesiasticis. Concilio autem ijs non comprehenditur, siquidem ex se ad instruendum populum non ad aliud ordinatur.

A. 2.º haec divina officia per interdictum esse quidem prohibita, cum quadam tamen limitatione, scilicet ut tempore interdicti



quotidie in Ecclesiis specialiter non interdictis  
 celebrentur Missa et alia divina officia, sed  
 januis clausis sine campanarum sono, submissa  
 voce exclusis interdictis, praeterquam in festis  
 Natalis Domini, Pascha, Pentecostes, assump-  
 tionis B.V.M. Corporis Christi cum octava, Con-  
 ceptionis eidem B.V. Saltem in hispania; in his  
 igitur locis est divina officia celebrare more  
 consueto etiam admittis interdictis, quorum causa  
 talis est interdictum, modo tamen altari non  
 appropinquent. Bonac. de cens. disp. 5. p. 4.

L. 2. quid notandum sit circa privationem Sepul- 62  
 turae Ecclesiasticae? R. hanc poenam simpli-  
 citer non extendi ad clericos, nisi ipsi possunt,  
 modo personaliter non sint interdicti in loco  
 interdicto sepeliri in silentio tamen sine pulsu  
 campanarum. c. 16. h. 4. in 6.

L. 3. pro resolvenda secunda articuli parte, 63  
 quis ferre possit interdictum. R. qui jure aut  
 potestate ordinaria censuras excommunicationis  
 aut suspensionis ferre potest, eundem etiam eodem  
 jure interdictum sive personale sive locale, pro  
 locis ac personis sibi subjectis ferre possunt, quia  
 utrobique eadem est ratio et paritas.



64. Q. 4. An solum peccatum mortale possit esse causa interdicti? R. Si loquamur de interdicto speciali personali, quo ad breve tempus et in ordine ad unum vel alterum effectum v.g. ingressum Ecclesie per is dies tunc probabiliter ob culpam venientem tale interdictum infligi poterit.

65. Q. 5. quis interdictum tollere possit? R. I. interdicta localia et personalia generalia quo jure possunt communi imposta sunt, tolluntur ab Episcopo seu ab eo, qui habet jurisdictionem fori externi, in locum vel communitatem interdictam. unde privilegiati i.e. qui habent privilegium absolventi a censuris, nil possunt circa haec interdicta, nam eorum potestas duntaxat ad forum internum se extendit. R. 2. interdictum personale particulare absolute latum sine reservatione tolli potest a quolibet sacerdote approbato. unde ante absolutionem a peccatis praeniti solet absolutio non tantum ab excommunicatione et suspensione, sed etiam ab interdicto, quia nimirum interdictum non minus impedit absolutionem a peccatis, quam excommunicatio aut suspensio.

7 Vid. Lay. l. 1. r. 5  
p. 4. c. 2.

66. Q. 6. quas poenas incurrant violantes interdictum. R. 1. Clericus violans interdictum locale aut personale per actum ordinis fit irregularis, ac privatur voce activa et passiva. R. 2.

7 c. 18. h. 4. in 6.



qui interdictum denunciatum sepeliunt in loco sa-  
cro vel interdicto, excommunicantur ipso facto. Clem. 1. De Sepult-  
q. 3. Clerici praesumentes celebrare <sup>divina</sup> ~~dominica~~ in  
loco interdicto, vel coram interdictis denunciatis  
suspenduntur ab ingressu Ecclesiae, donec ei satis-  
fecerint. ex quibus facile intelligis, violare in-  
terdictum esse ex genere suo mortale, attamen  
ob parvitate materiae veniale tantum erit. Vg. Si  
laicus parti <sup>divini</sup> ~~dominicae~~ officij non notabili interfuit,  
vel clericus actu quocumque ordinis alicuius minoris  
exerceat.

Porro ad interdictum proximè accedit cessatio 67.  
à Divinis, quae quidem non est censura nec  
pena, sed simplex prohibitio Divinorum offi-  
ciorum administrationis Sacramentorum, ac  
Sepulturae Ecclesiasticae in signum <sup>maioris</sup> ~~maioris~~ gra-  
vissimi ab Ecclesia percepti propter gravif-  
simam injuriam sibi, aut honori Dei illa-  
tae. Pertinet ad forum contentiosum, unde, 7. Lay. de Cens.  
c. 6.  
quae servari debent circa interdictum locale  
aut personale generale, etiam circa cessa-  
tionem à Divinis, servanda sunt.



# Seccio IV.

## De Irregularitate

§ 1.

Quid et quod duplex sit irregularitas.

Dico 1. Irregularitas est impedimentum canonicum  
directe impediens susceptionem ordinis, indirecte vero  
susceptorum usq. Ita omnes.

Dicitur 1. im-

pedimentum canonicum. ~~per qua verba differt~~

~~et censuris quia ha directe impediunt aliam.~~

~~differt etiam a depositione et degradatione quia~~  
ha di quia jure canonico introductum est.

2. directe impediens susceptionem ~~per qua~~  
verba differt a censuris quia ha directe im-  
pediunt usq. Differt etiam a depositione et de-  
gradatione, quia ha directe respiciunt ordinem  
susceptum quo privatur.

Dico 2. Irregularitas dividitur I. in ea quo  
est ex delicto, et in ea quo est ex defectu.

II. in totalem et partialem, totalis est quo  
omni ordini suscipienda et suscepti exercitio  
privatur p.g. homicidium, bigamia. partialis dicitur  
quo aliquo tantum ordinis ministerio privatur, vel



# Tit. XL.

## De Verborum Significatione.

I. quana sint regula de interpretanda verboru significatione? I. i. Verba sumi debent in sensu proprio C. Gg. ff. de legat. 2. nisi eainde sequatur absurdum.  
 II. intelligenda sunt cu effectu, ut aliquid operentur. C. 4. de cler. non resid. III. sumi debent secundum mentem proferentis C. G. h. s. IV. In contractibus si verba sint ambigua interpretatio fit contra eum qui legem posuit apertius dicere. C. contra eum. 57. de R. J. in C. Ita tamen, ut, quantum fieri potest servetur equalitas inter contrahentes C. penult. C. Comuni dividendo. et ut ratio aequitatis habeatur. C. si id quod. 7. ad fin. ff. de Recond. vendit. C. placuit 8. Cod. de judic.

Denique semper verba sunt intelligenda secundum subjectam materiam et naturam actus vel contractus C. 15. § si una. 4. et ibi Barth. ff. locati.  
 plura de interpretatione verboru videri possunt apud Barthol. in Tr. varior. axiom. 222.

# Tit. XLI.

## De Regulis juris.

Regula defini potest, quod sit brevis et generalis sententia ex specialibus legibus aut Canonibus iam antecedenter casus desumpta. Ex eo siquidem, quod per



Leges et Canones in Diversis locis varii casus  
particulares sibi invicem conformes decidantur,  
Regula conficitur, et generalis quadam senten-  
tia pro communiter contingentibus affirmatur.

In exemplo: jure statutum est, perjurum non esse  
admittendum ad testificandum propter suspicionem  
perjurii. c. testificandus 54. de test. et abest. de  
uxore non esse restituendam marito sevientis ab  
eo digressa ob metum sevitio. c. litteras 15.  
in fin. de restit. spoliat. prodit inde regula  
sequens: Semel malum semper praesumitur malum,  
c. 8. de R. J. in 6. unde dicit Paulus J. C. quod  
regula sit, quae re, quae est, breviter enar-  
rat, non ut ea regula jus fiat, sed ex jure,  
quod est, regula sumatur. c. regula 1. ff. de R. J.

2. Porro Regulae juris aliae sunt juris civilis,  
aliae juris Canonici. Regulae juris civilis sunt,  
quae juri civili sunt insertae, easque numero  
~~211~~ 211 Imperator Justinianus ad finem  
Digestorum sub tit. de R. J. subjunxit. Re-  
gulae vero juris Canonici sunt ea, quae juri  
Canonico sunt annexae, quarum quaedam titulum  
finalem huius libri 5. faciunt; aliae vero sexto  
Decretalium claudunt.



Regula *triginta* alia sunt authentica, alia non  
 authentica sed solum doctrinales. authentica  
 sunt ea, quae juri canonico vel civili auctoritate  
 Papali vel Imperatoriâ sunt inserta. Non authen-  
 tica, alias Brocardica dicta, sunt ea axiomata,  
 quae privata tantum auctoritate ex locis juridicis  
 vel ex principiis aliarum scientiarum depromuntur;  
 proindeq; vim decisivam non habent, nisi longa  
 Curiarum et Dicasteriorum praxi corroborentur, vel  
 naturali lumine demonstrari possint, vel sint ipsis-  
 sima legis verba.

Ceterum Regularum juris duo potiora sunt emolu-  
 menta. Primum est, quod in casibus non exceptis  
 vim juris decisivam habeant. Ratio, quia ea jure  
 sunt deprompta, et auctoritate publicâ juri sub  
 speciali titulo inserta.

Dixi in casibus non exceptis: nam fallit regula  
 ubi circa specialem casum in jure habetur exceptio;  
 haec enim ubi adest, procul dubio regula generaliter  
 non procedit; cum exceptiones aliud non sint, quam  
 limitationes regularum circa casus particulares.

Secundum est, quod in dubio potior sit causa  
 illius, pro qua stat regula, cum habeat intentionem  
 in jure fundatam, et liberetur ab onere probandi,  
 nec illud in se recipere debeat, donec probetur, quod



Casus de quo agitur à regula sit exceptus per  
l. ab ea. f. de probal. Inde natu est hoc bro-  
cardicon: regula inharendu est donec exceptio vel  
contrariu probetur. arg. c. fin. de restit. solial.  
cum similibz.

Finis.